



Votre recherche
avancée

Index

- Auteurs
- Mots-clés
 - Keywords
 - Index thématique

2019

> Articles

Élisabeth Sauze,

De Sisteron à Tallard, la route des Alpes à la fin du XIII^e siècle

1289, 20 juillet-25 septembre. S.l. – Enquête sur le péage perçu par Philippe de Lavena dans ses seigneuries de Vaumeilh, Thèze et Le Poët sur la route de Sisteron à Gap, avec interrogatoire de témoins et production de documents. – Cahier 40 feuillets papier, AD Bouches-du-Rhône, B 1075, 1^{ère} partie.

Le texte est tout de la même main, d'une écriture peu soignée, avec quelques omissions mais peu de ratures. Une autre main a ajouté en marge gauche une série de notations, pour la plupart de simples numéros et des signes destinées à appeler l'attention sur certains passages.

[142]

Peage de Chanea

Ipsa die quo supra Guillelmus de Valansolia de Sancto Paulo testis juramento suo requisitus super IX titulo dixit idem in omnibus et per omnia² factis sibi omnibus interrogationibus que potuntur fieri in dicto capitulo dixit se nichil scire.

Super XI capitulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XXV titulo³ requisitus dixit quod ita est verum ut in titulo continetur. Requisitus⁴ qualiter scit respondit quod visu et auditu et quia ipsemet cum pluribus mercaturis ivit. Requisitus si per aliam partem mercatores p[ossunt]⁵ ire ad aliam partem cum mercaturis dixit quod sic videlicet transeundo per pontem Sistaronis⁶ apud Balmam et per Claretum et

¹ Titre d'une écriture moderne ; au bas de la page, d'une écriture du XVII^e s. : Armoyre Sisteron.

² En marge gauche : super IX t.

³ En marge gauche : XXV.

⁴ En marge gauche : XXVI.

⁵ Lettres effacées.

⁶ Le nom de la ville n'apparaît, dans la partie conservée du document, que sous la forme abrégée *Sist.*, qu'on développe ici *Sistaro* conformément à l'étymologie et à l'usage en langue vulgaire attesté depuis l'Antiquité, cf. Charles Rostaing, *Essai sur la toponymie de la Provence*, 1950, p.248. La forme *Sistaricum* utilisée dans la

Chanoas et ab alia parte per castrum de Bayons. Requisite si aliquis compellitur [ire]⁷ plus per caminum quam aliud dixit quod non nec aliquis compelli consuevit. Requisite quanto tempore vidit predicta dixit quod per XXX annos quia tanquam caminerius ire consuevit.

Super XXVI capitulo requisite dixit se nichil plus scire. Requisite si testificatur hodie, amore vel timore dixit quod non nec est doctus vel subornatus.

Ipsa die quo supra dominus Isnardus Cadellus de Sancto Paulo miles testis juramento suo requisite super IX titulo dixit se tantum scire quod bene sunt XII vel XIII anni quod ipse vidit homines desviantes a camino publico⁸ per curiam regiam Sancti Pauli bis vel ter vel etiam quater arestari. Requisite⁹ cujus mandato dixit quod mandato bajuli Sancti Pauli. Requisite unde erant illi qui arestabantur dixit quod nescit nec eorum nomina nec unde essent. Requisite si scit aliter consuetudinem esse dixit quod non. Requisite [142v] si in territorio Sancti Pauli arestabantur vel extra dixit quod in territorio vel extra vel ubicumque arestabantur circa Aquis.

Super omnibus aliis in titulo¹⁰ contentis dixit se nichil scire.

Super X, XXV et XXVI titulis dixit se nichil plus scire quam supra dixit.

Ipsa die Bertrandus Mundi de Sancto Paulo homo regius testis juramento suo requisite super IX titulo dixit quod nomine curie ipsemet bis arestavit in¹¹ territorio Sancti Pauli homines desviantes a camino de Sancto Paulo sicut bajulus curie, aliter nescit¹².

Super X capitulo requisite dixit nichil scire.

Super XXV et XXVI capitulis dixit se nichil scire.

Ipsa die quo supra Guillelmus Magistri de Sancto Paulo testis juramento suo requisite super IX titulo dixit idem in omnibus quam Guillelmus Valansolia¹³.

Super X, XXV et XXVI capitulis dixit idem ut supra dixit Guillelmus Valansolia¹⁴ factis sibi pluribus super dictis capitulis interrogationibus.

Raymundus Garellus de Sancto Paulo testis juramento suo requisite¹⁵ dixit super IX, X dixit idem in omnibus ut Guillelmus Valansolia. Super XXV et XXVI titulis dixit se nichil scire.

[143] Ipsa die quo supra Petrus Saramanni de Sancto Paulo testis juramento suo requisite super IX titulo dixit quod vidit pluries desviantes a camino¹⁶ Sancti Pauli qui¹⁷ arestabantur

plupart des textes du Haut et du Bas Moyen-Age dérive de l'adjectif formé avec le double suffixe *-ic-ensis* pour désigner le diocèse.

⁷ *Lettres effacées.*

⁸ *En marge gauche* : super IX t.

⁹ *En marge gauche* : X.

¹⁰ *En marge gauche* : n^o.

¹¹ *En marge gauche* : super IX t. et X.

¹² *En marge gauche* : n^o.

¹³ *En marge gauche* : super IX t.

¹⁴ *En marge gauche* : XXV, XVI.

¹⁵ *En marge gauche* : super IX t.

¹⁶ *En marge gauche* : super IX t.

¹⁷ *Ms.* quod.

(h) per¹⁸ homines de Mayranicis silicet Manaudus et adduceba[n]¹⁹tur apud Sanctum Paulum et solvebant pedagium ibidem et hoc vidit VII anni sunt et plus. Requisitus per quot vicibus vidit hoc dixit quod magis de X vicibus.

Super omnibus aliis contentis in IX titulo dixit nichil plus scire. Super XI, XXV, XXVI titulis requisitus dixit se nichil scire.

Die XX julii Jacobus Toalla de Vaumilio homo domini Philipi juramento suo requisitus super XXIII titulo dixit se tantum scire videlicet quod²⁰ vidit quod Jacobus Isnardus de Poyeto habitator de Vaumilio accipiebat pedagium ab hominibus et personis portantibus mercaturis et facientes transsuum suum per caminum Teze. Requisitus quare ipse Jacobus pedagium ibidem accipiebat dixit quia pro pedagio Poyeti ipsum pedagium accipiebat ut dicebat dictus Jacobus ipsi testi. Requisitus qui erant illi qui pignorabantur et pedagiabant dixit quod non recordatur de nominibus ipsorum nec unde essent set multos vidit compelli ad solvendum pedagium et conquerebantur dicentes quod injuria fiebat eis magna et multas pelegias etiam inde oriebantur pro dicto pedagio et pluries multos homines de Talardo audivit qui conquerebantur²¹ quia apud Chanoam accipiebatur pedagium. Requisitus a quanto tempore citra vidit predicta dixit quod bene sunt VIII vel IX annis lapsi quod ipse testis vidit accipere pedagium. Requisitus si predictum pedagium accipiebatur ibidem [143v] ex consuetudine vel per vim dixit quod nescit set [tempore]²² ex quo dominus Philipus²³ habuit terram fecit capi dictum pedagium. Requisitus si ipse dominus Philipus est in possessione vel quasi accipiendi dictum pedagium ibidem per sententiam dixit se nichil scire. Dixit tamen quod multociens ipse testis et alii homines de Vaumilio dicebant domino Philipo quod gentes²⁴ conquerebantur quia pedagium exigebatur ab ipsis et ipse respondebat eis quod ipse faciebat fieri predicta pro jure suo et pretextu cujusdam compositionis facte de dicto pedagio cum domino Raymundo Berengario et cum dalphino. Requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non et factis sibi pluribus interrogationibus super ipso titulo dixit plura nescire quam supra dixit.

Ipsa die Petrus Marcius de Vaumilio testis juramento suo requisitus super XXIII titulo dixit se tantum scire videlicet quod vidit quod Hugo²⁵ Monegue, Guillelmus Manuelis et Jacobus Isnardi stabant apud Chanoam et transseuntes per caminum These et Chanoe cum mercaturis pignorabantur per predictos quia non faciebant caminum de Poyeto. Non autem recordatur de nominibus illorum qui fuerunt pignorati set vidit deportare quandam clochetam cujusdam mercatoris nescit unde. Requisitus si predictum pedagium Poyeti accipiebatur apud Chanoam ex consuetudine vel mandato domini Philipi dixit quod de mandato domini Philipi prout credit tamen multum displicebat ipsi testi et aliis hominibus de Vaumilio quia aliquis solvebat pedagium Poyeti apud Chanoam. [144] Requisitus quantum tempus est quod prenominati accipiebant et accipere consueverunt pedagium dixit quod VIII vel IX anni sunt elapsi et

¹⁸ Ms. hoc.

¹⁹ Tilde omis.

²⁰ En marge gauche : super XXIII t.

²¹ En marge gauche : no.

²² Mot omis.

²³ En marge gauche : no.

²⁴ Ces deux mots répétés.

²⁵ En marge gauche : super XXIII t.

factis sibi²⁶ pluribus interrogationibus super ipso titulo dixit plura nescire super ipso. Requisiteus cuius est homo dixit quod domini Philipi. Requisiteus si est doctus vel subornatus testificari dixit quod non.

Ipsa die Isnardus Tronus testis juramento suo requisiteus super XXIII titulo dixit idem in omnibus et per omnia ut testis proximus factis sibi²⁷ pluribus interrogationibus, dicens etiam quod multum displicetur hominibus de Vaumilio quia pedagium Poyeti accipiebatur apud Chanoam quia videbatur ipsi testi et aliis quod non debetur fieri tamen dixit quod modo non accipitur pedagium nec custos aliquis est ibidem. Requisiteus cuius est homo dixit quod domini Philipi. Requisiteus si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Bertrandus Tronus de Vaumilio testis juramento suo requisiteus super XXIII titulo dixit se tantum scire quia vidit quod Jacobus Isnardus, Huguo Monegue et Guillelmus Manuelis de Vaumilio servabant apud Chanoam et²⁸ custodiebant caminum et dicebatur quod pedagium de Poyeto accipiebant ibidem ab illis qui transsitum suum faciebant per dictum caminum non autem vidit aliquod pedagium set bene sunt VIII vel IX anni quod dicti custodes stabant in dicto loco Chanoe ut ipsi dicebant pro pedagio Poyeti capiendo. Plura nescit super ipso titulo factis sibi pluribus interrogationibus. Requisiteus cuius est homo dixit quod domini Philipi.

[144v] Die XXI julii Isnardus Reoterius de Sistarone testis juramento suo requisiteus super primo titulo dixit quod ipse vidit et audivit quod dominus Bertrandus²⁹ de Medullione pater domine Galburgis fuit dominus de Poyeto. Requisiteus a quibus audivit dici dixit quod non recordatur de nominibus ipsorum. Requisiteus que vidit predictum dominum Bertrandum de Medullione facere in castro de Poyeto per que esset dominus dixit quod ipse vidit quod tempore guerre quam habebat dominus Bertrandus de Medullione contra homines Sistaronis homines de Poyeto faciebant guerram contra civitatem Sistaronis pro domino Bertrando et vidit semel quosdam captos qui dicebantur offendisse apud Poyetum et ipsos apud Misonem duxit captos et poni fecit in compedibus. Requisiteus de nominibus illorum qui fuerunt capti dixit quod non recordatur salvo de quodam qui vocabatur Durandus Garnerius. Requisiteus de tempore dixit quod XL anni sunt elapsi et plus. Requisiteus si scit vel vidit aliqua alia propter que dictus dominus Bertrandus esset dominus dixit quod non. Requisiteus de fama dixit quod fama est. Requisiteus a quibus habeat ortum dicta fama dixit quod in civitate Sistaronis et in locis circumstantibus.

Super II titulo requisiteus dixit se nichil scire hoc salvo de pedagio³⁰ quia vidit quod tempore domini Bertrandi de Medullione dabatur ibi pedagium. Requisiteus a quo vel a quibus habuit jus accipiendi pedagium dixit quod nescit. Requisiteus quantum prestabatur ibi pro animali honerato vel non honerato dixit quod nescit. Requisiteus si dictum pedagium est anticum vel per quem fuit sibi concessum dixit se nichil scire. Super fama requisiteus dixit ut supra.

²⁶ *En marge gauche* : no.

²⁷ *En marge gauche* : super XXIII t.

²⁸ *En marge gauche* : super XXIII t.

²⁹ *En marge gauche* : super I t.

³⁰ *En marge gauche* : super II t.

Super III titulo requisitus dixit se nichil scire. Super IIII titulo requisitus dixit quod vidit quod predicta domina Galburgis tenebat tempore venditionis³¹ castri de Misono tenebat castrum de Poyeto. Requisite si tanquam heres dixit quod tanquam heres vendidit dictum castrum de [145] Poyeto et de Misono. Requisite si scit ipsam aliter esse heredem dixit quod non. Super fama dixit idem.

Super V titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu.

Super VI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in³² dicto titulo continetur excepto quod tempore domini Philippi non vidit ibi percipi pedagium quia non ivit per caminum et bene audivit dici quod pedagium solvitur ibi a saueriis et aliis mercatoribus qui dixerunt sibi solvisse pedagium. Requisite que vidit fieri per dominum Philipum in dicto castro per que haberet ibi dominium dixit quia occasione cujusdam brigade, in qua dicitur quod fuit filius suus et dominus Petrus de Rama et quamplures alii de Sistarone, fuerunt capti Stephanus Reoterius et Poncius Corresius et adducti apud Valernam et exinde fuit dictus Stephanus condempnatus per curiam domini Philippi in L vel LX solidis. Requisite quanto tempore vidit tenere et possidere castrum predictum dicto domino Philippo vel quasi dixit quod per X annos et plus. Requisite quid est possidere vel quasi dixit quod castrum et jurisdictionem ipsius. De fama requisitus dixit ut supra.

Super VII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi per auditum. Audivit tamen dici quod percipitur pedagium ibidem per sauerios qui portant sal.

Super VIII titulo requisitus dixit quod ipse vidit quandam litteram regiam qualiter dominus rex donaverat factum de Chanoa et de Vaumilio domino Roberto patri domini Philippi et vidit quod dominus Philipus tenet et possidet castrum de Teza. Requisite si vidit aliquo tempore uti jurisdictionem in dicto castro dicto domino Philippo vel ejus territorio dixit quod non salvo quod in contalia et navem et quod audivit dici quod dictum castrum tenetur sub jurisdictione ipsius domini Philippi.

Super IX titulo³³ requisitus dixit quod ipso existente clavario Aquis et pedagerio Lebrignane et Petrosii vidit quod quando caminerii desviabant a camino quod ipse pro jure curie arestabat et arestavit desviantes a camino. Requisite si mandato judicis vel per cognitionem judicis predicta fecit dixit quod non. [145v] Requisite si extra territorium de Aquis arestasset desviantes dixit quod non nec vidit arestari nec extra territorium Lebrignane seu Petrosii. Requisite si scit consuetudinem esse de predictis in comitatibus Provincie et Forcalquerii et episcopatu Vapincensi dixit quod non. Requisite si aliquos nobiles Provincie et episcopatu Vapincensis habentes pedagium vidit uti per consuetudinem dixit quod non. Requisite quot vicibus usus fuit predictis dixit quod duabus tantum. Super X titulo idem dixit ut in nono et nichil plus.

Super XI titulo requisitus dixit se nichil scire nisi ex auditu et quod semel fuit deposita querimonia contra dominum Philipum quia fecerat pignorare quemdam de cujus nomine non recordatur eo quia non fecerat caminum de Poyeto. Requisite ubi fuit facta querimonia et coram quem dixit quod apud Sistarone et coram domino Philippo. Requisite quantum tempus est dixit quod X anni sunt. Requisite de presentibus dixit quod non recordatur.

³¹ *En marge gauche* : super IIII t.

³² *En marge gauche* : super VI t.

³³ *En marge gauche* : super IX t.

Requisitus si restituit pignora de quibus exposita fuerat querimonia dixit quod non quod ipse sciat.

Super XII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XV titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisitus si scit confines dictorum comitatum dixit non set quia sunt dicta castra citra Durenciam.

Super XXV titulo requisitus³⁴ dixit quod illud caminum quod continetur in dicto titulo est caminum reale. Requisitus si venientes cum mercaturis de comitatu Provincie et Forchalquerii et facientes transsitum per Lebriniana et Petrosium volentes ire apud Vapincum et Ebredunum vel partes superiores tenentur ire per Poyetum et Rovebel vel possunt ire per Balmam et alium locum sine aliqua cohertioni curie vel alterius dixit quod caminerii possunt ire per Poyetum et Rovebel si volunt vel per Balmam Sistaronis et Chanoam et Claretum et illud est in electione mercatorum et euntium per caminum. Requisitus si unquam vidit compelli magis ad eundum per [146] unum caminum quam per alium dixit quod non. Requisitus per quem caminum vadunt magis viatores dixit quod per quem magis volunt sine cohertione curie. Requisitus si de jure possent compelli dixit quod non ymo (faceret) fieret injuria domino si compellerentur ire per Poyetum. Requisitus per quantum tempus vidit ire caminerios per caminum quod magis volunt sine cohertione aliqua dixit quod per spacium XXX annorum et plus. Requisitus cujus castri fuit dominus dictus dominus Philipus prius an Chanoe, Teze et Vaumilii vel Poyeti dixit quod Chanoe et Vaumilii secundum quod credit pro eo quia tunc temporis erat clavarius ipse testis Sistaronis.

Super XXVI titulo requisitus dixit ut in XXV titulo hoc salvo quod dixit quod caminentibus de Ebreduno est magis rectum caminum per Poyetum set semper possunt facere quem magis volunt tamen nunquam vidit aliquem compelli ad veniendum magis per unum caminum quam per alium. Requisitus si est doctus vel instructus dixit quod non. Requisitus quam partem vellet plus lucrare an dominum regem an dominum Philipum dixit quod jus habentem. Requisitus quod est magis pedagium utrum per caminum Poyeti vel caminum Teze et Balme dixit quod per caminum Poyeti quia in pluribus locis datur pedagium silicet apud Poyetum, Upasium et Salsam et per aliud non datur nisi apud Balmam et Sanctum Poncium. Requisitus si euntibus ad partes superiores vel venientibus de partibus superioribus ad partes comitatus Provincie et Forchalquerii est magis rectum caminum de Poyeto quam de Balma dixit quod euntibus apud Vapincum est magis rectum caminum de Poyeto set euntibus apud Ebredunum est magis rectum caminum de Balma.

[146v] Ipsa die quo supra Lambertus, prece civitatis Sistaronis, testis juramento suo requisitus³⁵ super primo titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisitus quomodo scit dixit quod pluries ivit ad curiam Poyeti pro socero suo Barali de Serre pro debitis recuperandis et vidit quod curia domini Bertrandi de Medullione dominabatur dictum castrum sicut dominus. Requisitus quantum tempus est dixit quod bene sunt XXXV anni et plus. Requisitus si a dicto tempore citra vidit dominari dictum dominum Bertrandum de Medullione vel illi qui causam habuerunt ab ipso a dicto tempore citra dixit quod sic. Requisitus si unquam vidit dictum dominum Bertrandum uti mero imperio vel quasibus pertinentibus ad

³⁴ *En marge gauche* : super XXV t.

³⁵ *En marge gauche* : super I t.

merum imperium dixit quod non nisi quod dicitur quod fama erat plene quod quando casus veniebat faciebat que in titulo continentur.

Super II titulo dixit idem ut in precedenti³⁶ quia dixit quia vidit percipi pedagium apud Poyetum nomine dicti domini Bertrandi. Requisitus quis erat pedagerius dixit quod quidam judeus qui vocabatur Botinus. Requisitus quantum recipiebatur pro bestia honerata mercaturis vel non honerata dixit quod nescit. Requisitus de cujus consentione recipiebatur pedagium vel potestate dixit quod nescit.

Super (III) III titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quod audivit dici, nescit tamen a quibus, quod quando aliquis desviabatur se a camino de Poyeto arestabantur foreviantes et eorum animalia. Requisitus in quo loco arestabantur si desviabant dixit se nichil scire nisi per auditum. Requisitus a quibus audivit dici dixit quod non recordatur. Requisitus quantum tempus potest esse dixit quod sunt XXXV anni.

Super IIII capitulo dixit se nichil scire factis sibi omnibus interrogationibus.

Super V titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici. Requisitus a quibus audivit dici dixit quod nescit dicere.

Super VI titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu. Requisitus super omnibus contentis in ipso [147] titulo super capitulo requisitus dixit quod tempore domini Bertrandi de Medullione vidit percipi pedagium apud Poyetum nescit tamen a quibus, tempore vero domini Philipi nescit nisi auditu et nesciret dicere vel nominare a quibus audivit.

Super VIII titulo requisitus dixit se nichil scire quia nunquam fuit nisi auditu nec recordatur a quibus audivit dici.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quia audivit dici quod rectum caminum est venienti cum mercibus de Vapinco apud Sistarone per caminum de Poyeto plus quam per caminum de Curbanno. Requisitus a quibus audivit dici hoc dixit quod non recordatur. Requisitus cujusmodi caminum est magis utile an caminum de Rovebello et de Curbanno viatoribus dixit quod magis datur pedagii per caminum de Rovebel quam de Curbanno. Requisitus si unquam vidit aliquem compelli ad eundem plus per unum caminum quam per alium dixit quod non. Requisitus si est doctus vel subornatus testificari dixit quod non. Requisitus quod caminum credit esse rectum vel fieri magis debere de jure dixit se nescire respondere.

Ipsa die quo supra Johannes Lantelmus filius quondam Guillelmi Lantelmi de Sistarone testis juramento suo requisitus super titulo primo dixit ita³⁷ verum esse ut in titulo continetur. Requisitus qualiter et quomodo scit dixit quod vidit dictum dominum Bertrandum dominare dictum castrum de Poyeto. Requisitus qualiter et quomodo vidit ipsum dominare dixit quia [147v] vidit quod aliqui homines mandato consulum iverant pignoratim et fuerunt capti predicti qui iverunt [...] ³⁸ pignorandum et adducti apud Poyetum. Super facto dixit quod fama est. Requisitus unde habuit originem dicta fama dixit quod ab hominibus de Sistarone et ejus bajulo.

³⁶ *En marge gauche* : super II t.

³⁷ *En marge gauche* : super I t.

³⁸ *Lettres effacées.*

Super II titulo dixit quod bene vidit per XL annos nomine domini Bertrandi percipi³⁹ pedagium VI denarios pro trosselo. Requisite qua nec quo jure seu auctoritate accipiebat pedagium predictum dixit se nichil scire.

Super III titulo requisitus dixit se nichil scire factis sibi omnibus interrogationibus.

Super IIII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu quia audivit dici quod dominus Bertrandus de Medullione reliquit castrum de Poyeto domine Galburgi. Super VI titulo requisitus dixit se nichil scire nisi hoc quod aventureriis portantibus mercaturas solvebant pedagium de Poyeto factis omnibus interrogationibus super ipso titulo dixit se nichil scire et hoc vidit a X annis citra.

Super VII titulo requisitus⁴⁰ dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite qualiter scit dixit quod visu et auditu. requisitus de presentibus dixit quod ipse solvebat aventureriis et ipsi solvebant pedageriis et ita computabant cum eis pro vectura mercaturarum suarum.

Super VIII titulo requisitus dixit⁴¹ ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite qualiter scit dixit quia a X annis citra vidit ipsum castrum tenere et possidere et bajulos suos ibi regentes dicta castra. Requisite quo titulo dixit quod causa emptionis. Requisite a quo emit et quo precio dixit se nichil scire set ita audivit dici. Requisite a quo vel a quibus dixit se nichil scire.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire factis sibi diligenter omnibus interrogationibus.

Super X titulo requisitus⁴² dixit quod vidit transeuntes per montaneam de Lura qui debuissent [148] transsuum suum fecisse per Petrosium [qui pi]gnorabantur aliter nec plura nescit factis sibi pluribus interrogationibus.

Super XI titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XV titulo requisitus dixit quod ita credit aliter nescit.

Super XXV titulo requisitus dixit quod caminum Provincie est usque Sistarone et cum sunt Sistarone possunt ire ultra Durenciam vel citra.

Super XXVI titulo requisitus dixit idem ut in XXV in omnibus et per omnia.

Super XXVII titulo requisitus dixit nichil scire.

Ipsa die quo supra dominus Poncius Moteti sacerdos de Vaumilio testis juramento suo requisitus super XV titulo dixit quod credit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite si aliter scit quam per credenciam dixit quod non nisi quia ita audivit semper.

Super XVI titulo requisitus dixit⁴³ ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite qualiter scit dixit quod visu et auditu. Requisite quid inde vidit et audivit respondit quia vidit venire capellanos de Poyeto, de Chanoa et de Theza ad sinodum domini episcopi Vapincensis.

Super XVII titulo requisitus dixit ita verum⁴⁴ esse ut in titulo continetur. Requisite qualiter scit dixit visu et auditu. Requisite quid inde vidit et audivit dixit quod ipse vidit dominos de Vaumilio dominare accipiendo ibi banna et servicia tanquam in territorio Vaumilii.

Super XXIII titulo requisitus dixit quod ipse vidit⁴⁵ semel percipi pedagium apud Chanoam per Hugonem Monacum et Sachetum a chamineriis. Requisite si nomine domini Philippi vel

³⁹ *En marge gauche* : super II t.

⁴⁰ *En marge gauche* : super VII t.

⁴¹ *En marge gauche* : super VIII t.

⁴² *En marge gauche* : super X t.

⁴³ *En marge gauche* : super XVI t.

⁴⁴ *En marge gauche* : XVII.

curie regie accipiebant pedagium dixit quod nescit. Requisitus quot vicibus vidit ibi percipi pedagium dixit quod pluribus vicibus. Requisitus a quibus dixit quod non recordatur. Requisitus si a camineriis recipiebatur pedagium [148v] eo tempore quia desviaverunt a camino de Poyeto dixit⁴⁶ quod dicebatur quod sic aliter nescit. Requisitus si tempore senescallie domini Philipi vidit⁴⁷ fieri predicta dixit quod non set ante vidit. Requisitus a quanto tempore citra⁴⁸ vidit predicta dixit quod VIII anni sunt elapsi et plus. Requisitus de presentibus tempore quo predicti recipiebant pedagium a predictis camineriis dixit quod Durandus Milonus et quidam monachus qui vocatur Stephanus de Podio. Requisitus ad quem pertinet percipio⁴⁹ pedagii quod percipitur apud Chanoam aut curie regie vel domino Philipo⁵⁰ dixit quod domino Philipo. Requisitus quis ipsi domino Philipo concessit habere jus percipiendi pedagium de Chanoa dixit quod dominus rex quia donavit ipsi domino Philipo terram de Vaumilio et Chanoe. Requisitus quis habet jus concedendi percipiendi pedagium dixit quod nescit et factis quampluribus aliis interrogationibus et requisitionibus super ipso titulo dixit plura nescire. Requisitus si dominus Philipus erat in possessione percipiendi pedagium apud Chanoam dixit quod sic prout credit. Requisitus si illi qui percipiebant pedagium apud Chanoam erant ibidem mandato curie vel domini Philipi dixit quod credit quod mandato domini Philipi eo quia dominus Philipus est dominus dicti loci et illi sunt homines domini Philipi. Requisitus si tenet et possidet aliqua sub dominio domini Philipi dixit quod sic et homo suus etiam nisi fuisset clericus. Requisitus si est doctus vel instructus testificari dixit quod non.

[149] Ipsa die quo supra Bernardus Laugerius de Poyeto testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur⁵¹. Requisitus qualiter hoc scit dixit quod visu et auditu. Requisitus quid inde vidit et audivit dixit quod ipse vidit dominare dominum Bertrandum de Medullione in talliis et questis et omnibus aliis ac pedagiis. Requisitus quantum percipiebatur pedagium dixit quod animal grossus dabat cum basto I denarium et honerata de sale II denarios et si portaret avere de peso VI denarios. Requisitus a quanto tempore citra vidit percipi dictum pedagium dixit quod a L annis citra et amplius. Requisitus a quo habuit jus percipiendi pedagium predictum dixit quod a quodam duce qui dicebatur de genere dalphini Vianis prout audivit dici. Requisitus si erant alii domini in castro de Poyeto preter quam dominus Bertrandum dixit quod sic set ipse dominus Bertrandum erat major dominus.

Super II titulo requisitus dixit idem ut in primo⁵².

Super III titulo requisitus dixit quod nunquam vidit arestare aliquem viatorem in territorio⁵³ Vaumili nec Chanoe nomine domini Bertrandi. Requisitus si vidit aliquos arestare in camino de Poyeto dixit quod sic si desviabant a dicto camino⁵⁴. Requisitus a quanto tempore citra

⁴⁵ *En marge gauche* : super XXIII t.

⁴⁶ *En marge gauche* : XIII.

⁴⁷ *En marge gauche* : no.

⁴⁸ *En marge gauche* : no. Pro domino Phylipo.

⁴⁹ *Sic*.

⁵⁰ *En marge gauche* : no.

⁵¹ *En marge gauche* : t. super Io.

⁵² *En marge gauche* : t. super II.

⁵³ *En marge gauche* : t. super III.

⁵⁴ *En marge gauche* : no.

vidit hoc dixit a XX annis citra. Requisitus per quem vidit arestare dixit quod per quemdam qui vocatur Botinus. Requisitus qui erant illi qui fuerunt arestati dixit quod non recordatur et hoc vidit fieri in territorio de Poyeto et non alibi.

Super III titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super VI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu et quia bene per XV vel⁵⁵ XX annos vidit percipi dictum pedagium per dominum Philipum vel ejus nomine. Requisitus quo jure percipiebat predictum pedagium dixit quod pro jure quod dicebatur eundem dominum Philipum habere in dicto castro. Requisitus a quo habuerat dictum jus dixit quod audiverat dici quod emerat dictum castrum a domina Biatrice de Misono aliter nescit. Requisitus si est dominus dicti castri dixit quod sic et tanquam dominus percipit de quolibet foco XII denarios pro [149v] comtalada et fornagium.

Super VII titulo requisitus dixit idem ut⁵⁶ in secundo titulo et tercio.

Super VIII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi per auditum et ita credit verum esse aliter nescit. Requisitus a quo habuit dixit quod nescit.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire⁵⁷ nisi hoc fieret in castro de Poyeto et ejus territorio. (Requid) Requisitus quid vidit in dicto territorio fieri respondit ut supra dixit in tercio titulo.

Super XI titulo requisitus dixit quod bene vidit homines desviantes a camino de Poyeto pignorari pro pedagio in territorio de Misono⁵⁸ tempore quo dominus Bertrandus de Mizone tenebat terram, aliter nescit.

Super XVI titulo requisitus dixit quod ita audivit dici vulgariter prout in titulo continetur a toto tempore vite sue.

Super XXV titulo requisitus dixit quod recta via est ire de Poyeto apud Vapincum. De Lebriniana nec de Petrosio nichil scit et dixit quod viatores ibant per caminum de Balma et de Chanoa quando placebat eis timore pedagii vel alia de causa ut credit. Requisitus si unquam vidit quod caminerii omitentes caminum de Poyeto et euntes per caminum de Tesa pignorabantur pro pedagio dixit quod sic⁵⁹ tempore domini Bertrandi de Medullione. Requisitus quot vicibus vidit hoc dixit quod tribus vicibus. Requisitus per quem dixit quod per Botinum judeum.

Super XXVI titulo requisitus dixit quod possunt ire per caminum Poyeti vel de Thesa pro libito voluntatis. Requisitus cujus est homo dixit quod domini Philipi. Requisitus si est doctus vel subornatus ferre (tess) testimonium dixit quod non tamen dixit quod dominus Philipus interrogavit ipsum de omnibus de quibus fuit interrogatus.

[150] Ipsa die quo supra Raymundus Serellarius de Sistarone habitator nunc de Poyeto⁶⁰ testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit se nichil scire nisi per auditum quia nunquam vidit ipsum nisi semel.

Super II titulo requisitus dixit se nichil scire nisi per auditum. De fama dixit quod fama est apud Sistarone. Requisitus de quibus habuit ortum dicta fama dixit⁶¹ se nichil scire.

⁵⁵ *En marge gauche* : t. super VI.

⁵⁶ *En marge gauche* : t. super VII.

⁵⁷ *En marge gauche* : t. super IX.

⁵⁸ *En marge gauche* : no.

⁵⁹ *En marge gauche* : no.

⁶⁰ *En marge droite* : immo habitat apud Upagium de Dalfino.

Super III titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super IIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super V titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Interrogatus qualiter scit dixit quod ipse fecit inde instrumentum.

Super VI titulo requisitus dixit quod verum est in titulo continetur. Interrogatus qualiter scit quia domina Beatrix de Medullione mater domine⁶² Galburgis vendidit predicto domino Philipo castrum de Poyeto bene sunt XX anni prout credit et ab illo tempore citra vidit tenere castrum de Poyeto et pedagium pro jure quod habebat et habet in dicto castro.

Super VII titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur a XX vel XXX annis citra et ipse etiam testis fecit capi pedagium. Requisite quantum percipiatur ibi pedagium dixit quod saumata salis⁶³ dat II denarios et de trossello VI denarios et exonerata I denarium.

Super VIII titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite quomodo scit dixit quia dominus Philipus tenet majus dominium Chanoe et castri de Thesa silicet proprietatem pro majori parte. Requisite quanto tempore requisitus quo titulo dixit quod castrum Theze pro emptione ut audivit et castrum Vaumili et Chanoe ex donatione et ex emptione.

Super IX titulo requisitus dixit quod in terra Vapincensis ita utitur et alibi non quod sciat. Requisite⁶⁴ si scit consuetudinem esse dixit quod non set credit quod sic contra jus. Requisite si in terra comitatus Provincie et Forcalquerii dixit quod non vidit uti predicti tamen antequam terra esset domini regis audivit quod bajulus [150v] de Upasio mitebat clientes in terra de Thesa ad pignorandum desviantes pro pedagio non tamen predicta vidit et hoc idem audivit dici apud Talardum et pignora non restituebantur donec solvissent pedagium de Rovebel occasione cujus fiebat dicta pignoratio.

Super X titulo requisitus dixit idem ut supra dixit in IX titulo aliter nescit.

Super XI titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quod bene audivit dici quod occasione pedagii de Poyeto faciebat percipi pedagium apud Valernam et Thesam et pluries vidit pedagerium qui veniebat de Valerna et de Thesa qui dicebat collegisse pedagium. Requisite de nomine pedagerii dixit quod non recordatur tamen judeus erat, addens quod ipse audivit a domino Philipo quod ipse dicebat se habere litteram (regiam) a domino Johanne de Burlacio olim senescallo Provincie quod ipse possit accipere pedagium Poyeti ubique in terra sua⁶⁵, tamen non vidit litteram nec percipi pedagium.

Super XV titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite qualiter scit dixit quod ultra Durenciam usque castrum de Ponticio est de comitatu Provincie.

Super XVI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur et quia ipse fuit clericus episcopatus Vapincensis et vidit accepi procurationem ipsi domino episcopo et ipsemet cum eo.

⁶¹ *En marge gauche* : t. super V.

⁶² *En marge gauche* : t. super VI.

⁶³ *En marge gauche* : t. super VIII.

⁶⁴ *En marge gauche* : t. super IX.

⁶⁵ *En marge gauche* : t. super XV.

Super XVIII titulo⁶⁶ requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite qualiter scit dixit quia vidit quod tanquam emptor possidebat et recolligebat dictum pedagium et alios fructus, non autem interfuit⁶⁷ conditioni.

Super XX titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu.

Super XXI titulo requisitus⁶⁸ dixit ita esse verum ut in titulo continetur et pro tali habetur et ipsum Bertrandum habet ipsemet.

Super XXIII titulo requisitus [151] dixit ita esse verum ut in titulo continetur exopto de tempore auditu⁶⁹ dici per illis qui dictum pedagium recipiebant et factis pluribus interrogationibus dixit de plura nescire.

Super XXV titulo requisitus dixit quod ita audivit dici quod concordatum fuit inter dominum Raymundum Berengarium comitem Provincie et Dalphinum quod transeuntes qui veniebant per Petrosium, Lebrinianam et Sistaricum cum sale vel aliis mercaturis eundo versus Vapincum vel Ebredunum debentur facere transsuum per Poyetum et Rovebel et econverso venientes de partibus Ebreduni et Vapincensis debeant venire per Sistaricum Petrosium et Lebrinianam. Requisite si transeuntes per Sistaricum volentes ire apud Ebredunum vel Vapincum compellantur ire per (Petr) Poyetum et per Rovebel vel per Balmam cum mercaturis dixit quod non set tamen vidit quod transseuntes per Balmam apud Serrum⁷⁰ et Sanctum Bonetum pignorabantur occasione pedagii de Rovebel et ipse testis tanquam tenens locum bajuli Vapincensis mandato superius pignoravit aliquos. Requisite de nominibus illorum qui fuerunt pignorati dixit quod plures de Sistarico de quorum nominibus non recordatur. Dixit quod illud iter de Poyeto est magis usitatum quam de Balma et esse consuevit comune pedagium de Rovebello et hodie magis usitatur caminum de Balma per homines de Talardo.

Super XXVI titulo requisitus dixit (se nichil scire) idem ut in XXV.

Super XXVII titulo requisitus dixit se nichil scire. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

[151v] Die XXII^o julii Guillelmus Isnardus de Poyeto homo Raymundi Frelandi testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit ita⁷¹ verum esse ut in dicto titulo continetur visu et auditu. Requisite quid inde vidit et audivit dixit quia vidit dictum Bertrandum de Medullione dominare castrum de Poyeto percipiendo ibidem pedagium et alia que pertinent ad dominium. Requisite si vidit aliquem mandato domini Bertrandi suspendi dixit quod sic Bertrandum Grassum de Misono in territorio de Poyeto in loco qui dicitur Perayret.

Super II titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite cujus auctoritate accipiebat⁷² dictum pedagium dixit quod audivit dici quod pater domini Guigonis dalphini donavit jus percipiendi pedagium domino Petro de Misono patre domini Bertrandi de Misono et de hoc audivit semper famam esse.

⁶⁶ *En marge gauche* : t. super XVIII.

⁶⁷ *En marge gauche* : t. super XX s.

⁶⁸ *En marge gauche* : t. super XXI.

⁶⁹ *En marge gauche* : t. super XXIII.

⁷⁰ *En marge gauche* : no.

⁷¹ *En marge gauche* : t. super I.

⁷² *En marge gauche* : t. super II.

Super III titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo⁷³ continetur tempore domini Raymundi Berengarii ab alio vero tempore citra nichil vidit. Requisite de tempore dixit quod non recordatur et de nominibus illorum qui fuerunt arestati.

Super IIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super VI titulo requisitus dixit ita verum⁷⁴ esse ut un titulo continetur pro eo quia ipse testis vidit quod dominus Philipus percipit pedagium de Poyeto et servicium ab hominibus suis tanquam dominus castri de Poyeto. De tempore requisitus dixit se non recordare quia homo umilis est.

Super VII titulo requisitus⁷⁵ dixit idem ut in VI titulo. Requisite quantum percipitur de qualibet bestia dixit quod bestia honerata salis II denarios et bestia honerata de uno trossello VI denarios et si non defferit nisi bastum unum denarium tantum.

Super VIII titulo requisitus⁷⁶ [152] dixit se tantum scire videlicet quod dominus Philipus tenet et possidet castrum de Theza et locum Chanoë set nescit quo titulo. Requisite de tempore dixit non recordare et factis sibi pluribus interrogationibus et quid est possessio vel quasi et quid est jurisdictio dixit se nichil plus scire super ipso titulo.

Super IX titulo requisitus dixit quod tempore domini⁷⁷ Raymundi Berengarii vidit pluries quod homines qui faciebant transsitum suum ultra Durenciam per caminum Valerne arestabantur per custodes pedagii de Poyeto quia non faciebant caminum de Rourebello, citra quod tempus domini Raymundi Berengarii non vidit. Requisite ubi magis solvitur pedagium utrum in camino de Rovebello vel de Valerna dixit quod in camino de Rovebello satis plus et ideo est magis utile caminum de Valerna. Requisite si tempore quo dominus Philipus⁷⁸ fuit dominus Poyeti vidit quod idem dominus Philipus acciperet vel faceret accipi pedagium apud Chanoam et apud Thezam dixit quod sic. Requisite quis ipsum pedagium accipiebat dixit quod Fossetus judeus. Requisite que fama erat inter gentes si faciebat justiciam vel injusticiam quia dictum pedagium accipi faciebat apud Chanoam dixit quod faciebat injusticiam. Requisite si antequam dominus Philipus fuisset senescallum ipse faciebat accipi⁷⁹ pedagium de Poyeto apud Chanoam dixit quod sic ab hominibus de Talardo. Requisite cujus mandato dixit quod nescit nisi pro sua voluntate.

Super XVI titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur pro eo quia ipse vidit episcopus⁸⁰ accipere visitationes apud Poyetum et facere suum officium.

Super XXIII titulo dixit idem ut in IX titulo. Requisite a quanto tempore vidit percipi dictum⁸¹ pedagium per dominum Philipum de Poyeto apud Chanoam dixit quod bene sunt XIII vel XV anni lapsi.

Super XXV titulo requisitus dixit quod nondum sunt III anni quod transeuntes per Balmam et Chanoam arestabantur et compellebantur solvere pedagium de Poyeto apud Chanoam.

⁷³ *En marge gauche* : t. super III.

⁷⁴ *En marge gauche* : t. super VI.

⁷⁵ *En marge gauche* : t. super VII.

⁷⁶ *En marge gauche* : t. super VIII.

⁷⁷ *En marge gauche* : t. super IX.

⁷⁸ *En marge gauche* : no.

⁷⁹ *En marge gauche* : no.

⁸⁰ *En marge gauche* : t. super XVI.

⁸¹ *En marge gauche* : t. super XXIII.

Requisitus si antequam dominus Philipus fuisset ⁸²senescallus arestabantur dixit quod sic. Requisitus si scit qui sunt [152v] illi qui fuerunt arestati dixit quod non.

Super XXVI titulo requisitus dixit ita⁸³ esse verum ut in XXV titulo.

Super XXVII titulo requisitus dixit se nichil scire. Requisitus si delinqueret ad quem pertineret jurisdictio dixit quod ad dominum Philipum.

Johannes Gonterius de Upasio testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit idem ut testis proximus⁸⁴.

Super II titulo dixit idem ut testis proximus in omnibus et per omnia factis sibi interrogationibus omnibus.

Super tercio titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici. Requisitus a quibus audivit dici dixit non recordatur.

Super III titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur⁸⁵ quia vidit et audivit quod dicta domina Galburgis accipiebat redditus Poyeti et laudimia seu trezena et ipsum etiam castrum vendidit domino Philipo.

Super VI titulo requisitus dixit idem ut in titulo continetur⁸⁶ et quod ipsemet fuit bajulus in dicto castro pro domino Philipo.

Super VII titulo requisitus dixit idem ut in VI titulo.⁸⁷

Super VIII titulo requisitus dixit quod ipse dominus Philipus tenet predicta. Requisitus quo titulo dixit quod credit causa donationis et ex causa emptionis quia emit a quibusdam⁸⁸.

Super IX titulo dixit ut in titulo continetur verum esse silicet in terra Vapincensi alibi non. Requisitus [si] aliquem pignoratur vel arestatur cum mercaturis occasione pedagii de Poyeto in territorio Canoe vel Teze dixit quod non postquam terra fuit domini regis, tempore vero domini Raymundi Berengarii dixit quod sic. Requisitus ⁸⁹ qui erant illi nec unde qui pignorabantur nec arestabantur dixit quod non recordatur. Requisitus quare sustinebatur [153] tempore domini Raymundi Berengarii dixit quod conventiones erant tunc inter dominum Raymundum et comitem Dalphini.

Super X titulo dixit idem quod supra⁹⁰ dixit in IX titulo.

Super XI titulo requisitus dixit idem quod in IX⁹¹.

Super XVI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur quia vidit ipsos accipere visitationes suas et facere divinum officium⁹².

Super XXIII titulo requisitus dixit idem ut supra in IX titulo⁹³.

Super XXV titulo requisitus dixit quod a tempore domini Raymundi Berengarii vidit predicta fieri ut in titulo continetur a tempore domini regis unquam vidit fieri.

⁸² *En marge gauche* : n^o.

⁸³ *En marge gauche* : t. super XXVI.

⁸⁴ *En marge gauche* : t. super I.

⁸⁵ *En marge gauche* : t. super III^o.

⁸⁶ *En marge gauche* : t. super VI.

⁸⁷ *En marge gauche* : t. super VII.

⁸⁸ *En marge gauche* : t. super VIII^{or}.

⁸⁹ *En marge gauche* : n^o.

⁹⁰ *En marge gauche* : t. super X.

⁹¹ *En marge gauche* : t. super XI.

⁹² *En marge gauche* : t. super XVI.

⁹³ *En marge gauche* : t. super XXIII^o.

Super XXVI titulo requisitus dixit ut in XXV titulo. Requisite que via est magis utilis transeuntibus dixit quod eundo per caminum de Balma quia non detur nisi duo pedagia et per caminum de Poyeto IIII pedagia.

Super XXVII titulo requisitus dixit se nichil scire. Requisite cuius est homo dixit quod Dalphini. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Ipsa die Bertrandus Scanatus de Poyeto homo Bertrandi de Vaumilio testis juramento suo requisitus dixit super omnibus titulis excepto⁹⁴ super XXIII super quibus fuit interrogatus videlicet super primo, II, III, IIII, VI, X, XI, XVI diligenter dixit idem ut proximus testis. Super XXIII titulo diligenter interrogatus dixit quod idem dominus Philipus tempore quo erat senescallus et ante vel alius nomine ipsius occasione pedagii de Poyeto faciebat percipi pedagium apud Canoam et apud Tezam. Requisite per quantum tempus dixit quod nescit. Requisite qualiter scit dixit quia Fisceus judeus qui accipiebat pedagium dixerat sibi. Requisite cuius auctoritate vel quo jure faciebat accipi pedagium de Poyeto apud Thezam et Chanoam dixit quod nescit.

Super XXV titulo requisitus dixit idem ut proximus testis [153v] precedens et super XXVI titulo dixit idem super XXVII titulo requisitus dixit se nichil scire. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non. Requisite si delinqueret quis ipsum puniret dixit quod in certis casibus punietur per dominum suum et in certis per dominum Philipum.

Ipsa die quo supra Petrus Maynerius de Poyeto homo Jacobi Bererii testis juramento suo requisitus super primo, II, tercio titulis diligenter dixit idem ut proximus⁹⁵.

Super IIII titulo dixit se nichil scire.

Super VI titulo et VII titulis dixit idem ut⁹⁶ testis proximus excepto de tempore quia nescit quantum tempus sit quod dominus Philipus sit dominus castri de Poieto.

Super IX titulo dixit idem [ut]⁹⁷ proximus in omnibus et per omnia.

Super XI titulo requisitus dixit⁹⁸ quod a duabus annis citra audivit dici a judeo Fosseto nomine pedagerio domini Philipi apud Poyetum quod ipse ibat apud Chanoam causa accipiendi ibidem pedagium.

Super XVI titulo requisitus dixit idem ut proximus.

Super XXIII titulo requisitus dixit idem quo in XI titulo⁹⁹.

Super XXV titulo requisitus dixit quod audivit dici quod erat rectum caminum tamen viatores possunt ire per caminum quod magis volunt set quia viatores vadunt per Balmam audivit dici quod pro pedagio Poyeti pignorabantur apud Chanoam ut supra dixit.

Super XXVI titulo dixit ut in XXV. Requisite¹⁰⁰ qui est major utilitas viatorum an via de Balma vel de Poyeto dixit quod de Balma quia minus solvunt de pedagio.

Super XXVII titulo dixit se nichil scire. Requisite si est doctus vel [154] subornatus dixit quod non. Requisite si est sibi inde aliquid datum vel promissum dixit quod non.

⁹⁴ *En marge gauche* : t. super I / et II et / III / et IIII / et VI / IX / XI / XVI / prout proximus.

⁹⁵ *En marge gauche* : t. super I ut proximus / et super II.

⁹⁶ *En marge gauche* : t. super VI et VII / ut proximus.

⁹⁷ *Mot omis.*

⁹⁸ *En marge gauche* : t. super IX ut proximus.

⁹⁹ *En marge gauche* : t. super XXIII.

¹⁰⁰ *En marge gauche* : t. super XXVI.

Hugo de Columba de Poyeto homo domini Philippi testis juramento suo requisitus super primo, II, III titulis dixit idem quod proximus¹⁰¹.

Super III titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super VI titulo dixit idem ut testis proximus excepto de tempore quia dixit non recordare nisi de X annis.

Super VII titulo requisitus dixit idem ut proximus visu et auditu.

Super VIII titulo requisitus dixit idem ut proximus. Requisite quo titulo dixit quod ex causa donationis salvo quod de tempore non recordatur nisi de X annis.

Super X titulo requisitus dixit ut supra dixit testis proximus. Super XI titulo requisitus dixit idem ut testis proximus.

Super XV titulo dixit idem ut proximus visu et auditu.

Super XXIII titulo requisitus dixit quod antequam fuisset senescallus per III annos et post audivit dici quod pedagium de Poyeto accipiebatur apud Chanoam et ipse etiam testis fuit pedagerius tempore quo dominus Philipus fuit senescallus per VIII dies et accipit pedagium ab illis qui veniebant de Provincia et de Sistarone tamen non recordatur de nominibus illorum et audivit dici quod Fossatus judeus accipiebat ibidem pedagium de Poyeto antequam dominus Philipus esset senescallus per annum et plus.

Super XXV titulo requisitus dixit idem ut in XXIII titulo. Requisite per quem locum est magis utile ire viatoribus an per caminum Balme vel de Poyeto respondit quod per caminum Balme quia minus solvunt pedagium in duplo quam in camino de Poyeto.

Super XXVI titulo requisitus dixit idem ut supra dixit [154v] in XXIII titulo.

Super XXVII titulo requisitus dixit se nichil scire. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non. Requisite si est sibi datum aliquid vel promissum dixit quod non.

Ipsa die quo supra Petrus Gaufridus de Chanoa homo Beate Marie de Chanoa testis juramento suo requisitus super III titulo dixit ita audivisse dici aliter nescit.

Super VI titulo requisitus dixit quod bene audivit dici quod dominus Philipus per se vel alium percipit vel percipi fecit pedagia apud Poyetum aliter nescit.

Super VIII titulo requisitus dixit quod bene tenet castrum de¹⁰² Theza et pro majori parte locum de Chanoa. Requisite quo titulo dixit quod castrum de Theza ex causa emptionis et locum de Chanoa ex causa donationis.

Super IX titulo requisitus dixit nichil¹⁰³ scire hoc salvo quia bene vidit tempore domini Raymundi Berengarii homines citra Durenciam occasione pedagii de Poyeto in territorio¹⁰⁴ de Chanoa in camino quod aliqui caminerii fuerunt arestati et homines de Chanois sequebantur illos pignorantes quia videbantur caminum offendisse. Item dixit quod vidit quod dominus Philipus vel alius ejus nomine a X annis citra fecit pignorare caminerios in camino de Chanois in camino quod caminerii conquerebantur. Requisite si erat senescallus dixit¹⁰⁵ quod non.

¹⁰¹ *En marge gauche* : t. in omnibus / ut proximus.

¹⁰² *En marge gauche* : t. super VIII.

¹⁰³ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁰⁴ *En marge gauche* : no.

¹⁰⁵ *En marge gauche* : no.

Requisitus si tempore quo dominus Philipus erat senescallus vidit aliquem pignorare dixit quod non¹⁰⁶.

Super XI titulo requisitus dixit idem ut in IX, addens quod tempore domini Raymundi Berengarii dominus Bertrandus de Medullione faciebat [155] arestare camineros in territorio de Chanois pro pedagio de Poyeto¹⁰⁷.

Super XV titulo requisitus dixit¹⁰⁸ ita esse verum ut in titulo continetur¹⁰⁹ quia reguntur per bajulum Sistarici.

Super XVI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur pro eo quia vidit pluries episcopos Vapincenses recipere suas procuraciones et facere divinum officium et etiam nomine ipsorum episcoporum plures excommunicare.

Super XVII titulo requisitus¹¹⁰ dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu.

Super XXIII titulo requisitus dixit idem ut in IX titulo factis sibi omnibus ¹¹¹ interrogationibus.

Super XXV titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu.

Super XXVI titulo requisitus dixit idem ut in XXV factis sibi pluribus interrogationibus. Requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non nec aliquis ei donavit aliquid nec promisit.

Ipsa die quo supra Martinus de Chanoa homo ecclesie Beate Marie¹¹² de Chanoa testis juramento suo requisitus super III titulo¹¹³ dixit quod tempore domini Raymundi Berengarii vidit quod quidam homo citra Durenciam venit in territorio de Vaumilio et voluit descargare quedam animalia et homines Chanoe non sustinuerunt.

Super IIII titulo dixit se nichil scire.

Super VI titulo requisitus dixit¹¹⁴ ita esse verum ut in titulo continetur.

Super VIII titulo requisitus¹¹⁵ dixit ita esse verum ut supra proxime dixit testis proximus.

Super IX titulo requisitus¹¹⁶ dixit quod ita vidit et audivit a XVIII annis citra quod dominus Philipus vel alius pro ipso faciebant arestare viatores in camino de Theza et de Chanoa occasione pedagii de Poyeto¹¹⁷. Requisitus qui erant illi qui predictos viatores arestabant dixit [155v] Hugo de Columba et quidam judeus qui vocatur Fossatus. Requisitus quot vicibus vidit predicta dixit quod VIII. Requisitus unde erant arestati dixit quod non recordatur. Requisitus auctoritate cujus faciebat fieri predicta dictus dominus Philipus dixit quod nescit aliter set credit quod pro jure suo et posse. Requisitus que via est magis utilis viatoribus an via de Poyeto an via de Balma dixit quod nescit. Super fama dixit quod fama est dixit quod fama est apud Sistarionem et Chanoam nescit tamen unde habuit originem.

¹⁰⁶ *En marge gauche* : no.

¹⁰⁷ *En marge gauche* : no.

¹⁰⁸ *En marge gauche* : t. super XVI.

¹⁰⁹ *En marge gauche* : t. super XV.

¹¹⁰ *En marge droite* : XVII.

¹¹¹ *En marge gauche* : t. super XXIII.

¹¹² *En marge droite avec une accolade englobant tout le reste de la page* : no. Pro domino Phylipo.

¹¹³ *En marge gauche* : t. super III.

¹¹⁴ *En marge gauche* : t. super VI.

¹¹⁵ *En marge gauche* : t. super VIII.

¹¹⁶ *En marge gauche* : t. super IX.

¹¹⁷ *En marge gauche* : no.

Super XV titulo¹¹⁸ dixit idem ut testis proximus.

Super XVI titulo requisitus dixit¹¹⁹ idem in omnibus ut testis proximus.

Super XVII titulo requisitus¹²⁰ dixit idem ut testis proximus et quia ipse est homo habitans in dicto loco de Chanoa.

Super XXIII titulo¹²¹ requisitus dixit ut in ipso titulo continetur visu et auditu et etiam ipse testis vidit ut supra dixit predictum Fossetum judeum et alios qui dictum pedagium accipiebant. Requisitus de tempore dixit quod antequam dominus Philipus fuisset senescallus per VIII annos et postquam fuit senescallus vidit predicta fieri per unum annum¹²².

Super XXV titulo requisitus dixit se nichil scire ymo credit quod possunt ire per quemcumque volunt ire.

Super XXVI titulo requisitus dixit se nichil scire. Super omnibus aliis interrogationibus requisitus super ipsis titulis dixit se nichil scire. Requisitus si est doctus vel subornatus testificari dixit quod non. Requisitus si est sibi datum aliquid nec promissum dixit quod non.

[156] Ipsa die quo supra Michael Garcinus de Chanoa homo domini Philippi testis juramento suo requisitus super III titulo dixit se nichil scire.

Super IIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super VI titulo requisitus dixit se vidisse a tribus annis citra pedagium apud Poyetum accipere. Requisitus quis ipsum pedagium accipiebat dixit quod quidam qui vocatur Astruguetus. Requisitus cujus auctoritate vel potestae accipiebat vel accipi faciebat dictum pedagium dixit quod nescit.

Super VII titulo requisitus dixit idem ut in [...] ¹²³.

Super VII[I] ¹²⁴ dixit quod bene vidit quod dominus Philipus tenet et possidet castrum de Theza et de Vaumilio nescit quo titulo. Super aliis in ipso titulo contentis dixit se nichil scire.

Super IX titulo requisitus dixit nichil scire de comitatu Forcalquerii. Requisitus si unquam vidit arestare occasione pedagii de Poyeto viatores in terra de Chanoa et de Theza dixit quod sic tempore quo erat dominus Philipus senescallus et hoc faciebat pro posse quod habebat in curia. Requisitus per quem vidit arestare dixit quod per Astruguetum dicens etiam quod apud Balmam occasione pedagii de Poyeto vidit semel tempore quo erat dominus Philipus senescallus accipit pedagium a quodam caminerio nomen cujus ignorat.

Super XI titulo requisitus dixit idem ut in X titulo.

Super XVI titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu et quia scit quod ecclesia respondit episcopo Vapincensi.

Super XXIII dixit idem ut in IX.

Super XXV titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici quia audivit dici a judeis qui fuerunt pedagerii quod compositio erat inter comitem Provincie et comitem Dalphini quod se debebant ire viatores ut in titulo continetur.

Super XXVI dixit idem ut in XXV.

¹¹⁸ *En marge gauche* : t. super XV.

¹¹⁹ *En marge gauche* : t. super XVI.

¹²⁰ *En marge gauche* : t. super XVII.

¹²¹ *En marge gauche* : super XXIII.

¹²² *En marge gauche* : no.

¹²³ *Blanc*.

¹²⁴ *Lettre omise*.

Super XXVII dixit nichil scire. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

[156v] Ipsa die quo supra Guillelmus Danicius de Chanoa homo domini¹²⁵ Philippi testis juramento suo requisite super III et IIII titulis dixit se nichil scire.

Super VI titulo requisite dixit idem ut testis proximus.

Super VII titulo requisite dixit quod tempore sue memorie vidit¹²⁶ ibi percipi pedagium et factis omnibus interrogationibus super ipso titulo dixit (ni) idem ut proximus.

Super VIII titulo dixit se nichil scire nisi auditu dici hoc salvo quod tempore sue memorie vidit dicto domino Philippo tenere predictum castrum Theze et locum Chanoe.

Super IX titulo dixit quod ipse vidit arestare in loco de Canoa¹²⁷ caminerios occasione pedagii de Poyeto tamen nescit quo jure. Requisite per quos dixit quod per quosdam qui vocabantur silicet unus Saquetus et Hugo Monegue. Requisite unde erant arestati nec quo nomine vocabantur dixit se nichil scire. Requisite si tempore quo fuit dominus Philippus senescallus vidit fieri predicta¹²⁸ dixit quod non. Super omnibus aliis contentis in dicto titulo requisite dixit se nichil scire.

Super XI titulo requisite dixit se nichil plus scire quam supra dixit in IX excepto auditu.

Super XVI titulo requisite dixit idem ut proximus.

Super XXIII titulo requisite dixit idem ut in IX titulo.

Super XXV titulo requisite dixit se nichil scire.

Super XXVI et XXVII titulo requisite dixit se nichil scire.

Ipsa die quo supra Stephanus Bacallerius de Chanoa testis juramento suo requisite super III titulo et IIII dixit se nichil scire.

Super VI titulo dixit se nichil scire nisi auditu.

Super VII titulo dixit nichil scire nisi auditu.

Super VIII titulo requisite¹²⁹ dixit ita esse verum ut in titulo continetur tamen nescit quo [157] titulo. requisite de tempore dixit quod X anni sunt vel circa.

Super IX titulo requisite dixit idem ut proximus¹³⁰.

Super XI titulo dixit se nichil scire. Super XVI titulo dixit ut testis proximus.

Super XXIII titulo requisite dixit quod antequam dominus Philippus esset senescallus vidit ut supra dixit in IX.

Super XXV titulo requisite dixit se nichil scire.

Super XXVI et XXVII titulis requisite dixit se nichil scire.

Ipsa die quo supra Durandus Anabonus de Chanoa testis juramento suo requisite super III et IIII titulis dixit se nichil scire.

Super VI dixit quod ita credit aliter nescit.

Super VII titulo requisite dixit se nichil scire quo titulo tamen predicta castra tenuit per XX annos.

¹²⁵ *En marge droite* : non est homo predicti Philippi.

¹²⁶ *En marge gauche* : t. super VII.

¹²⁷ *En marge gauche* : t. super IX.

¹²⁸ *En marge gauche* : no.

¹²⁹ *En marge gauche* : t. super VIII.

¹³⁰ *En marge gauche* : t. super IX.

Super IX titulo requisitus dixit idem ut proximus testis¹³¹.

Super XI titulo requisitus respondit idem ut proximus¹³².

Super XVI requisitus respondit ut proximus.

Super XXIII titulo requisitus¹³³ dixit idem ut proximus set antequam esset senescallus et post per aliquos dies accipiebatur¹³⁴.

Super XXV titulo dixit se nichil scire.

Super XXVI titulo dixit se nichil scire.

Super XXVII titulo requisitus diligenter dixit se nichil scire. requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Die XXIII julii dominus Jacobus Malleti jurisperitus testis juramento suo requisitus super LII titulo dixit se nichil scire. Iterum requisitus dixit nichil scire.

[157v] Ipsa die dominus Petrus Pellicerii jurisperitus testis juramento suo requisitus super XXI capitulo¹³⁵ dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu et quia ipsum cognoscit et vidit ipsum uti bene et legaliter in officio notarii.

Iterum requisitus dominus Petrus Pellicerius super LII titulo dixit se nichil scire. Super facto exceptionis dixit quod audivit a domino episcopo qui nunc est et domino Atone quod exepiti sunt quoad personam et fuerunt XX anni sunt, quoad terram dixit se nichil scire nisi auditu dici.

Ipsa die dominus Raymundus de Mura canonicus Sistarone testis juramento suo requisitus super LII titulo dixit se nichil scire. Iterum requisitus dominus Raymundus de Mura super LII titulo dixit super donatione nichil scire tamen quantum ad personam suam est exepitus quantum ad terram dixit quod similiter audivit quod est exepitus aliter nescit.

Super XXX titulo requisitus¹³⁶ dixit ita esse verum ut in titulo continetur quia dominus episcopus mutuavit dictas L libras domino Philipo gratis et amore et eas ipse testis nomine domini Philipi tradidit Isnardo Granerio. Requisite si credit quod fuisset verum mutuum vel fictum dixit quod nescit quia non interfuit et bis requisite si fuit verum vel fictum dixit quod verum mutuum et ipsas sucipit mutuo ab usurariis ipse testis.

Ipsa die quo supra dominus Guillelmus Porcheti jurisperitus testis juramento suo requisite super LII titulo dixit se nichil scire.

[158] Ipsa die quo supra Johannes de Medico de Sistarone testis juramento suo requisite super XV titulo dixit ita esse verum prout in titulo¹³⁷ continetur aliter nescit.

Super XVI titulo requisite dixit ita esse verum ut in titulo continetur pro eo quia capellani dictorum locorum vadant ad sinodum domini episcopi Vapincensis.

¹³¹ *En marge gauche* : e. super IX.

¹³² *En marge gauche* : t. super XI.

¹³³ *En marge gauche* : XXIII.

¹³⁴ *En marge gauche* : no.

¹³⁵ *En marge gauche* : t. super XXI.

¹³⁶ *En marge gauche* : t. super XXX.

¹³⁷ *En marge gauche* : t. super XV.

Super XL titulo requisitus dixit se nichil scire. Super XLVIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super L titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu¹³⁸ de duabus vel tribus vicibus et etiam de decem vicibus. Requisite quam quantitatem dixit quod nescit. Requisite si ipse dominus Philipus et alii domini exigunt dictas cavalcatas quamvis ipsi non faciant curie dixit quod sic. Requisite a quo habuerunt dictas cavalcatas et quo tempore dixit se nichil scire.

Ipsa die quo supra Guigo de Mura de Sistarone testis juramento suo requisitus super XV titulo dixit quod ita est verum ut in titulo¹³⁹ continetur visu et auditu.

Super XVI titulo requisitus dixit idem ut supra dixit Johannes de Medico.

Super XL titulo requisitus dixit se nichil scire. Super LXVIII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici.

Super L titulo requisitus dixit ita esse verum ut¹⁴⁰ in titulo continetur visu et auditu et quia ipse testis habet partem suam in dictis cavalcatis et factis sibi omnibus interrogationibus dixit idem ut proximus. Requisite quam partem habet dixit quod XVI partem habet in dictis cavalcatis.

[158v] Ipsa die quo supra dominus Petrus de Casalarcio jurisperitus juramento suo ut testis requisitus super XXI titulo dixit ita esse verum ut¹⁴¹ in titulo continetur visu et auditu et fama publica est in Provincia de contentis in ipso titulo et nunquam audivit contrarium.

Ipsa die quo supra Stephanus Acarias de Thesa homo domini Philippi testis juramento suo requisitus super VI titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu exepo de tempore¹⁴² silicet de X vel VIII annis et plus tenuit et possedit dictum castrum dictus dominus Philipus. Requisite quid vidit fieri dicto domino Philipo quod sit dominus dicti castro dixit quia tenet ibidem bajulum suum et pedagerium. Requisite cujusmodi pedagium dixit quod de uno animali cum basto I denarium, de aliis non recolit. Requisite cujus auctoritate vel potestate percipit dictum pedagium dominus Philipus dixit se nichil scire nisi quia audivit dici quod dictum castrum habuit causa emptionis a domina Beatrice de Misono et factis sibi pluribus interrogationibus supoer ipso titulo dixit plura nescire. Super VII titulo requisitus dixit idem ut in VI factis sibi pluribus interrogationibus.

Super VIII titulo requisitus dixit quod¹⁴³ bene sunt XV anni et plus quod dominus Philipus possedit castrum de Teza et locum de Canoa. Requisite quo titulo dixit quod castrum de Teza habet ex causa emptionis de facto Chanoe nichil scit quo titulo ipsum posideat set de facto est Theza de Vaumilio.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil aliud scire [159] nisi quia audivit dici quod viatores debent ire per caminum de Poyeto¹⁴⁴ et de Rovebello cum mercaturis et a X annis citra

¹³⁸ *En marge gauche* : t. super L.

¹³⁹ *En marge gauche* : t. super XV.

¹⁴⁰ *En marge gauche* : t. super L.

¹⁴¹ *En marge gauche* : t. super XXI.

¹⁴² *En marge gauche* : t. super VI.

¹⁴³ *En marge gauche* : t. super VIII.

¹⁴⁴ *En marge droite* : no. Pro domino Phylipo.

antequam dominus Philipus esset senescallum vidit magis de XXIII vicibus¹⁴⁵ quod quidam judeus¹⁴⁶ qui vocatur Fossetus accipiebat pedagium in territorio de Chanoa pro pedagio Poyeti¹⁴⁷ nescit tamen a quibus nec quo nomine vocentur. Requisitus si est consuetudo dixit quod nescit. Requisitus que via est magis utilis viatoribus an via de Balma an via de Poyeto dixit quod via de Balma quia unus solvitur ibidem pedagium.

Super XIII titulo requisitus dixit quod ita credit ut in titulo continetur aliter nescit.

Super XV titulo requisitus¹⁴⁸ dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu et quia se regit sub curia Sistarone.

Super XX titulo requisitus¹⁴⁹ dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu et quia dominus episcopus Vapincensis accipit albergam ibidem et facit divinum officium et confirmat pueros.

Super XXIII titulo requisitus dixit idem ut supra dixit in VII titulo et VI. Requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Ipsa die quo supra dominus Petrus Bonus de Sistarone testis juramento suo requisitus super VI titulo dixit quod ita est verum ul in titulo continetur salvo quod de tempore non recolit nisi de X annis nec vidit ibi percipi per ipsum pedagium nec alium loco sui set fama est quod pedagium percipitur suo nomine ibidem. Requisitus quantum percipitur nomine pedagii dixit quod nescit. Requisitus quo titulo tenet dictum castrum dixit quod audivit dici quod causa emptionis a domina Beatrice de Misono quondam et domina Galburgis, aliter nescit.

Super VII titulo requisitus dixit quod [159v] toto tempore vite sue audivit dici quod pedagium accipitur apud Poyetum. Requisitus quo jure vel titulo precessores domini Philipi dictum pedagium consueverunt percipi dixit se nescire.

Super VIII titulo requisitus dixit quod credit quod teneat dictum castrum de Tesa et locum de Chanoa. Requisitus quo titulo dixit quod audivit dici quod causa donationis ut credit aliter nescit.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici, audivit tamen dici per homines de Poyeto quorum nomina ignorat quod viatores pignorabantur pro pedagio Poyeti apud Chanoam.

Super X titulo requisitus dixit se nichil scire. Requisitus si est doctus vel subornatus ferre testimonium dixit quod non.

Ipsa die quo supra Michael Domicellus de Theza homo domini Philipi testis juramento suo requisitus super VI titulo dixit se nichil aliud scire nisi quia credit quod dominus Philipus sit dominus de Poeto et ipsum castrum tenet sicut dominus prout dicitur et factis sibi pluribus interrogationibus super ipso titulo dixit plura mescire super ipso.

Super VII titulo respondit ut in VI titulo dixit.

Super VIII titulo requisitus dixit quod ita credit ut in titulo continetur aliter nescit.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire.

¹⁴⁵ *En marge gauche* : XXIII.

¹⁴⁶ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁴⁷ *En marge gauche* : no.

¹⁴⁸ *En marge gauche* : t. super XV.

¹⁴⁹ *En marge gauche* : t. super XVI.

Super XIII titulo requisitus dixit se nichil aliud¹⁵⁰ scire nisi quia vidit accipi pedagium apud Chanoam a viatoribus tamen nescit quo jure nec quo titulo seu causa. Requisite qui erat ille pedagerius dixit quod Fossetus. Requisite a [160] quibus accipiebat pedagium dixit se nichil scire.

Super XV titulo requisitus dixit quod ita audivit dici ut in titulo continetur aliter nescit. Requisite a quo vel quibus hoc audivit dici dixit quod a vicinis suis.

Super XVI titulo requisitus respondit ut in XV titulo.

Super XXIII titulo respondit ut supra dixit in VIII titulo. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Ipsa die quo supra Giraudus Misonis de Theza homo domini Philippi testis juramento suo requisitus super VI et VII titulis diligenter requisitus dixit idem in omnibus et per omnia ut testis proximus factis sibi pluribus interrogationibus.

Super VIII titulo requisitus dixit quod credit quod dominus Philipus tenet dicta castra et loca et tenuit per XX annos et plus. Requisite quo titulo tenet castrum de Teza dixit quod audivit dici quod titulo emptionis. De facto Chanoa dixit se nichil scire.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XII titulo requisitus dixit quod ita credit ut in (ipsis continetur) titulo continetur aliter nescit.

Super XV et XVI titulis dixit quod ita credit ut in ipsis continetur et esse potest aliter nescit.

Super XXIII titulo requisitus dixit idem ut testis proximus in omnibus et per omnia. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Ipsa die Raymundus Niger de Teza homo domini Philippi testis juramento suo requisitus super VI titulo dixit quod ipse vidit tenere dictum castrum¹⁵¹ de Poyeto domino Philippo X anni sunt sicut dominus faciendo capi pedagium silicet ab uno animali VI denarios et ab alio I denarium et ab alio III denarios et tenet ibidem sicut dominus bajulum suum. Requisite [160v] quo titulo vel jure tenet dictum castrum dixit quod nescit. Requisite quo titulo habet dictum pedagium dixit se nichil scire plus quam supra dixit in VI titulo.

Super VIII titulo requisitus dixit quod credit quod tenuit tam ipse dominus Philipus quam ejus pater castrum de Theza et locum Chanoa per XX annos. Requisite quo titulo dixit quod causa emptionis ut credit aliter nescit.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XIII titulo requisitus dixit quod nescit quid sit caminum consuetum nec debitum.

Super XV titulo et XVI dixit et respondit ut proximus testis in omnibus.

Super XXIII titulo requisitus dixit se nichil scire aliud nisi quod vidit accipi pedagium per¹⁵² judeum de Poyeto apud Thezam occasione pedagii de Poyeto tamen nescit quantum nec a quibus nec quot vicibus nec scit causam quare ibi pedagium accipiebatur. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

¹⁵⁰ *En marge gauche* : t. super XIII.

¹⁵¹ *En marge gauche* : t. super VI.

¹⁵² *En marge gauche* : t. super XXIII.

Ipsa die Petrus David de Theza homo domini Philippi testis juramento suo requisitus super VI et VII titulis dixit idem in omnibus ut testis proximus¹⁵³ et hoc plus quod dictum pedagium et redditus de Poyeto vendidit Girauo Sebenco¹⁵⁴ de Theza.

Super VIII titulo requisitus dixit idem quod proximus¹⁵⁵.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici, audivit tamen dici quod Raymundus Nigri de Theza dixit quod quando desviabant se viatores¹⁵⁶ a camino Poyeti et ibant per caminum Valerne et Chanoe quod pedagerius de Poyeto pignorabat ipsos, aliter nescit.

Super XIII requisitus respondit ut in IX titulo aliter nescit.

Super XV, XVI titulis dixit ita esse verum ut¹⁵⁷ [161] in titulo continetur visu et auditu et quia vidit dominum Raymundum Berengarium comedere apud Thezam in quodam prato et episcopum Vapincensem vidit quod accipiebat albergum suum apud Tezam et Chanoam.

Super XXIII titulo requisitus dixit quod bene vidit aliquos viatores pignorare quia dicebatur ipsos desviasse a camino Poyeti occasione pedagii de Poyeto per Fossatum judeum¹⁵⁸. Requisitus qui erant illi qui fuerunt pignorati et unde dixit quod nescit. Requisitus quo jure dixit quod emerat pedagium et castrum Poyeti ut credit, aliter nescit. Requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Ipsa die quo supra Stephanus Ricavus de Upasio homo domini Franconis de Arzileriis testis juramento suo requisitus super primo titulo¹⁵⁹ dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu quia vidit quod dictus dominus Bertrandus de Medullione tenebat dictum castrum sicut dominus et pedagium accipiebat vel accipi faciebat sicut dominus. Requisitus quantum accipiebat pedagium dixit quod de bestia grossa II solidos VI denarios et de asino II denarios. Requisitus quo jure vel titulo habuit pedagium dictum et castrum dixit quod causa doni a duce dalphino aliter nescit factis sibi pluribus interrogationibus.

Super II titulo requisitus respondit ut in primo¹⁶⁰.

Super III titulo requisitus dixit quod ipse testis vidit bene sunt¹⁶¹ XL anni tempore domini comitis Berengarii pedagerii de Rovebel accipiebant pedagium ab illis qui faciebant caminum de Balma et de Chanoa apud Talardum occasione pedagii de Poyeto¹⁶². Requisitus de tempore dixit quod bene sunt XXX anni et plus. Requisitus qui erant pedagerii dixit non recordatur set ipse etiam testis [161v] inivit aliquociens accipi viatores in camino de Teza occasione pedagii de Poyeto. Requisitus de nominibus illorum qui fuerunt pignorati dixit non recordatur. Requisitus si posquam fuit terra domini regis Scilie vidit uti predictis dixit quod non.

Super IIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super V titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici.

¹⁵³ *En marge gauche* : t. super VI, VII.

¹⁵⁴ *Ms. Salenco (mauvaise lecture du copiste).*

¹⁵⁵ *En marge gauche* : t. super VIII.

¹⁵⁶ *En marge gauche* : XIII.

¹⁵⁷ *En marge gauche* : t. super XV et XVI

¹⁵⁸ *En marge gauche* : no.

¹⁵⁹ *En marge gauche* : t. super I.

¹⁶⁰ *En marge gauche* : t. super II.

¹⁶¹ *En marge gauche* : t. super III.

¹⁶² *En marge gauche* : no.

Super VI titulo requisitus dixit ut supra in primo¹⁶³ titulo dixit hoc salvo quod non recordatur nisi de XVI annis vel idcirca.

Super VII titulo requisitus respondit ut supra dixit¹⁶⁴ in tercio titulo aliter nescit.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XI titulo requisitus dixit ut supra dixit in tercio¹⁶⁵.

Super XXV titulo dixit quod tempore domini Raymundi Berengarii viatores debebant ire per caminum Lebriniane et Petrosii, Sistarons et Poyeti alioquin pignorabantur et arestabantur et ipse idem testis iuvit arestare plures de quorum nominibus non recordatur in territorio Chanoe et Theze, tamen non recordatur de nominibus illorum verum tamen¹⁶⁶ Bartholomeus et Petrus Barberius qui mortui sunt erant cum ipso. Dixit tamen quod posquam terra fuit domini regis non vidit predicta.

Super XXVI titulo respondit ut in XXV plura dixit nescire. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

[162] Martinus Laugerius de Upasio testis juramento suo requisitus super primo titulo et secundo dixit idem ut testis proximus in omnibus¹⁶⁷ et per omnia factis sibi omnibus interrogationibus et nichil plus scit. Super ipso titulo et super III titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super IIII tituli requisitus dixit quod ita credit ut in titulo continetur aliter nescit.

Super V titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super VI titulo requisitus dixit quod a X annis citra vidit et¹⁶⁸ audivit quod dominus Philipus tenuit et possedit castrum de Poyeto. requisitus quo titulo dixit quod ipsum castrum emit ut audivit dici.

Super VII titulo requisitus dixit quod a tempore sue memorie¹⁶⁹ vidit et audivit quod in castro de Poyeto accipiebat et accipi faciebat pedagium dominus Bertrandus de Misono et dominus Philipus hoc ipsum fecit ex quo ipsum habuit. Requisite a quo vel quibus capiebatur pedagium dixit quod a pluribus de quibus non recordatur. Requisite quo nomine vocantur illi qui dictum pedagium capiebant dixit quod Hugo de Columba et Fossetus.

Super VIII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi ex auditu dici.

Super X titulo requisitus dixit quod de comitatu Forcalquerii nichil scit, de comitatu scit quod dominus Dalphinus infra terram suam et non extra accipit et capi fecit et consuevit bene sunt XXV anni pedagium ab illis qui desviabant se a camino. Requisite quo nomine vocantur illi a quibus vidit capi pedagium dixit quod a pluribus de quibus non recordatur.

Super XI titulo requisitus dixit a XXX annis citra vidit accipi pedagium¹⁷⁰ et quod dictum castrum tenuerunt ut domini aliter nescit.

Super XXV titulo requisitus dixit quod ita credit aliter nescit.

¹⁶³ *En marge gauche* : t. super VI.

¹⁶⁴ *En marge gauche* : t. super VII.

¹⁶⁵ *En marge gauche* : t. super XI.

¹⁶⁶ *Ms.* verumptamen.

¹⁶⁷ *En marge gauche* : t. super I et II.

¹⁶⁸ *En marge gauche* : t. super VI.

¹⁶⁹ *En marge gauche* : t. super VII.

¹⁷⁰ *En marge gauche* : t. super XI.

Super XXVI titulo respondit ut supra dixit in XXV aliter nescit. requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non.

[162v] Ipsa die quo supra Laugerius Cresolus de Upasio testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit et secundo ut supra dixit¹⁷¹ proximus testis.

Super III titulo dixit se nichil scire nisi auditu dici. Super IIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super V titulo dixit requisitus nichil scire nisi auditu dici.

Super VI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu et quia ibi tenet ut dominus bajulum suum et pedagerium et accipi facit pedagium de trossello VI denarios et de animali sine pondere I denarium.

Super VII titulo dixit requisitus ut supra¹⁷² dixit in VI titulo.

Super VIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super IX titulo respondit ut supra proxime dixit testis¹⁷³ proximus.

Super XI titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XXV titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XXVI titulo requisitus dixit ut supra dicit in XXV in omnibus et per omnia factis sibi omnibus interrogationibus. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non. Requisite que via est magis utilis viatoribus dixit quod via de Balma est magis utilis quam via de Poyeto quia magis solvitur pedagium in via de Poyeto quam de Balma.

Ipsa die quo supra Rainerius de Dromono testis juramento suo requisitus super XLIX titulo dixit ita esse verum ut in titulo¹⁷⁴ continetur. Requisite qualiter scit dixit quia dominus Guillelmus de Rainerio emit jus quod habet idem dominus Philipus in dicto [163] castro VIxx libras. Requisite si ipse testis interfuit venditioni dixit quod sic et Guillelmus de Castro Forti fecit instrumentum.

Super L titulo requisitus¹⁷⁵ dixit ita esse verum ut in titulo continetur nec unquam vidit nec audivit quod aliquis alius habuerit dictas cavalcatas nisi domini. Requisite si ipsi domini faciant cavalcatas vel non curie possunt habere vel exigere ipsas ab hominibus de Dromono dixit quod sic. Requisite quam partem habet in dictis cavalcatis dominus Philipus dixit quod C solidos pro uno equo non armato tantum. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Ipsa die quo supra Bertrandus Relania de Dromono testis juramento suo requisitus super XLIX (titulo) et L requisitus dixit idem¹⁷⁶ in omnibus ut supra proxime dixit testis proximus (hos) hoc salvo quod nescit quam partem percipit dominus Philipus in dictis cavalcatis.

¹⁷¹ *En marge gauche* : t. super I et II.

¹⁷² *En marge gauche* : VII.

¹⁷³ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁷⁴ *En marge gauche* : t. super LVIII.

¹⁷⁵ *En marge gauche* : t. super L.

¹⁷⁶ *En marge gauche* : t. super XLIX et L.

Ipsa die quo supra Petrus Bermondus de Autono testis juramento suo requisitus super XLIX titulo et L dixit se nichil scire nisi auditu dici audivit tamen dici quod partem habet in dicto castro de Dromono alia nescit super ipsis titulis factis sibi pluribus interrogationibus.

[163v] Anno quo supra die XX(III julii) augusti Isnardus Girinus testis juramento suo requisitus super XXX titulo obmissis aliis de voluntate¹⁷⁷ producentis dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite in quo loco habuit ipsas dixit quod apud Sistarone per manum cujusdam clerici nomen cujus ignorat. Requisite quo tempore habuit dictas L libras dixit quod juxta tempus sancti Michaelis vel Omnium sanctorum. Requisite a quo habuit dictas L libras dominus Philipus dixit quod nescit nisi auditu dici audivit tamen dici quod eas habuit a domino episcopo Sistaricense adens dicto suo quod scripsit in cartulario suo quod ipsas habuit a domino Philipo set dictus clericus sibi eas tradidit nomine domini Philipi. Super LI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in dicto titulo continetur exopto quod nescit si dominus Raymundus Ruphus erat presens quando dictus dominus Philipus dixit sibi ea que in dicto titulo continentur et factis sibi pluribus interrogationibus super predicto titulo dixit quod dictus dominus Philipus dixit quod magnam utilitatem esset et sumam pro eo quia recuperaret terram quam tenet naves de tina si fieret quod tractabatur de terra. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Ipsa die quo supra Dozol de Galberto testis juramento suo requisitus super IX titulo dixit se nichil scire de comitatu Forcalquerii et episcopatu Vapincenci nec de aliis pedagogis nisi de pedagogo Galberti de quo pedagogo vidit predicta fieri ut¹⁷⁸ in titulo continetur bis una vice bene sunt XII anni et alia [164] bene sunt VIII anni. Requisite cujusmodi avere fuit arestatum dixit quod oves et mutones. Requisite cujus erant dixit quod non recordatur. Requisite de loco ubi fuit avere arestatum dixit quod in territorio de Baracio vel de Toardo. Requisite quis arestavit dictum avere dixit quod quidam qui vocatur Bontos. requisite cujus mandato dixit quod mandato domini de Galberto ut dicebatur. Requisite de alia vice de qua sunt modo III anni dixit quod fuit arestatum avere apud Blalnea. Requisite qualiter scit dixit quod ita dixit sibi Petrus Payanus tunc tempore bajulus de Galberto. Requisite quid est consuetudo dixit quod nescit nisi ut supra testificatus est audivit dici.

Super X titulo requisitus dixit se nichil scire. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non.

Andreas de Galberto testis juramento suo super IX et X titulis, omissis omnibus aliis de voluntate producentis, super IX titulo dixit¹⁷⁹ idem ut proximus. Requisite qualiter scit dixit quod visu et auditu. (Interrogatus) Requisite quos vidit arestare dixit quod homines de Regio et de Draguiniano et de ultra Durenciam. Requisite quo modo vocabantur dixit quod nescit nomina ipsorum. Requisite qua erant ille res que arestabantur dixit quod mutones et oves. Requisite quis desviabat dictos homines dixit quod homines de Galberto de nominibus quorum non recordatur salvo de quodam qui vocabatur Guigo Maurellus qui aliquid pedagium

¹⁷⁷ *En marge gauche* : t. super XXX.

¹⁷⁸ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁷⁹ *En marge gauche* : t. super IX.

portavit de Regio pro pedagio. Requisitus quid est consuetudo dixit quod nescit. Requisitus si in loco proprio domini regis vidit aliquos [164v] desviantes arestare dixit quod nescit.

Super X titulo requisitus dixit¹⁸⁰ quod ita utitur curia regis pro pedagio de Mezello et vidit per curiam regiam arestare aliquos in terra de Galberto occasione pedagogii de Mezello.

Ipsa die quo supra Raymundus de Nogeris de Petrosio prior de Antray monachus testis juramento suo requisitus super¹⁸¹ IX titulo dixit quod multociens vidit quod pedagerius¹⁸² de Petrosio desviantes a camino faciebat arestare donec solvebant pedagium. Requisitus in quo loco arestabantur dixit quod vidit aliquam bestiam arestare set quando erant arestate dicebatur quod in territorio de Lurio vel de Consonavis secundum quod dicebatur per pedagium. Requisitus si scit aliquid de pedagio comitatus Provincie et Forcalquerii dixit quod non nisi auditu dici.

Super XXV titulo dixit se nichil scire.

Super XXVI titulo dixit se nichil scire. Requisitus si vadunt per Balmam dixit quod sic. Requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non. Requisitus si de mandato sui superioris juravit dixit quod quilibet prior potest jurare.

[165] Ipsa die quo supra Poncius Bonetus de Galberto testis productus super IX titulo et X titulo obmissis omnibus aliis de voluntate producentis requisitus dixit se nichil aliud scire nisi quod audivit dici semel quod quidam qui vocabatur Salvator Bontosius arestavit quoddam avere quorundam hominum de Provincia quorum nomina ignorat prout audivit et averia vidit arestare apud Galbertum. Requisitus in quo loco fuit dictum avere arestatum dixit quod in Valle Baracii dicens insuper quod mercatores quando volunt facere caminum per territorium de Galberto veniunt ad pedagerium et conveniunt cum ipsis.

Super omnibus aliis contentis in IX et X titulis requisitus dixit se nichil plus scire.

Ipsa die Salvarius Bontos de Galberto testis juramento suo requisitus super IX et X titulis dixit idem ut testis proximus in omnibus et per omnia.

Die XXVII augusti Stephanus Baralus de Valansola super IX et X titulis obmissis aliis de voluntate producentis testis juramento¹⁸³ suo requisitus dixit se nichil scire nisi de pedagio Valansolis quod pedagium recipitur apud Brachium, Greolis et Stoblonum et Sanctum Georgium et Rossetum et vidit plures bestias arestare quia fregerant pedagium tamen non vidit eas arestare set bene vidit eas arestadas apud Valansolam. Requisitus si vidit unquam indicare quod esset consuetudo¹⁸⁴ dixit quod dominus Matheus de Forti dixit quod volebat quod curia [165v] uteretur ita sicut usa fuerat per illos qui fregerant pedagium et semel vidit quandam bestiam arestare apud Valansoliam quia pedagium fregerat¹⁸⁵ et desviaverat se per Anragilas. Requisitus si vidit quod curia sive pedagerius Valansole arestaverit bestias extra territorium Valansolie dixit quod sic apud Greols quendam hominem de terra domini

¹⁸⁰ *En marge gauche* : t. super X.

¹⁸¹ *Mot répété.*

¹⁸² *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁸³ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁸⁴ *En marge gauche* : no.

¹⁸⁵ *En marge gauche* : t. super X.

Borgondionis de Podio Luperio nomen cujus ignorat et quemdam bovem quem aducebat fuit arestatus quousque firmavit ad curie voluntatem.

Super X titulo requisitus ut in precedenti titulo dixit et factis sibi pluribus interrogationibus dixit se plura nescire.

Die quo supra Guillelmus Pererius de Aquis testis juramento suo requisitus super XLI et XLII titulis obmissis aliis de voluntate producentis dixit quod tempore facte inquisitionis contra dominum Philipum predicti dominus Raymundus de Aculea¹⁸⁶ et Bertrandus de Podio erant de raubis familie predicti domini Raymundi de Baucio et de ejus hospicio. Requisitus si continue comedunt in domo domini Raymundi dixit quod sic Bertrandus de Podio set dominus Raymundus non set ejus miles est et de rauba sua. De perjurio et excommunicatione dixit se nichil scire. Requisitus si unquam audivit ipsos excommunicare dixit quod non.

Super XLII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quod bene audivit ipsum denunciare excommunicatum in ecclesia et factis sibi pluribus aliis interrogationibus dixit se plura nescire quam supra dixit.

[166] Ipsa die quo supra Hugo Cucullati de Mayranicis testis juramento suo requisitus super XLI titulo obmissis aliis titulis de voluntate producentis dixit¹⁸⁷ ita esse verum ut in titulo continetur excepto quod nescit si sunt nec erant perjuri. Requisitus si predicti dominus Raymundus et Bertrandus comedunt continue cum domino Raymundo de Baucio dixit quod sic Bertrandus de Podio et dominus Raymundus quando est cum eo et de raubis suis sunt ambo et erant tempore quo fuit facta inquisitio contra dominum Philipum et antequam dicta inquisitio fieret contra dominum Philipum per X annos et plus et de terra sua sunt. Et factis sibi pluribus interrogationibus dixit plura nescire hoc salvo quod adhuc est dominus Raymundus excommunicatus et ipsum audivit excommunicare Mayranicis non sunt VIII dies.

Ipsa die quo supra Petrus Clavellus de Aquis testis juramento suo requisitus super XLI titulo obmissis aliis titulis de voluntate producentis dixit idem in omnibus et per omnia ut Hugo Cu[cu]¹⁸⁸llatus visu et auditu hoc¹⁸⁹ salvo non audivit ipsos excommunicare magis est de uno mense set pluries audivit ipsos excommunicare in ecclesia beati Salvatoris et beate Magdalene. Dixit tamen quod non recordatur de tempore quo fuit dictus dominus Raymundus et Bertrandus excommunicati nec quando fuit facta inquisitio contra dictum Philipum.

[166v] Ipsa die quo supra Jacobus Barracius notarius testis juramento suo requisitus super IX dixit se tantum scire super eo quod vidit quod curia regia Forcalquerii¹⁹⁰ accepit a quodam homine de Cavallono ut credit, nomen¹⁹¹ cujus ignorat, duos boves eo quia faciebat transsitum per caminum Crociensis et obmitebat caminum Petrosii et illa occasione fuit condempnatus¹⁹² in XL solidis quia desviaverit (a camino) se pro dicto pedagio. Requisitus quis iudex ipsum

¹⁸⁶ *En marge gauche* : t. super XLI et XLII.

¹⁸⁷ *En marge gauche* : t. super XLI et super XLII.

¹⁸⁸ *Syllabe omise.*

¹⁸⁹ *En marge gauche* : t. super XLII.

¹⁹⁰ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁹¹ *En marge gauche* : (t. super XV).

¹⁹² *En marge gauche* : no.

condempnavit dixit quod non recordatur. Requisitus si consuetudo est in Provincia nec sententia lata per iudicem quod desviantes condempnentur vel non dixit quod nescit. Dixit etiam quod duo homines de terra domini Philippi de quorum nominibus non recolit faciebant transsitum cum blado per caminum Sancti Michaelis et debebant facere caminum Forcalquerii ut pedagerii dicebant et (fecerunt) fuerunt arestati in camino et adducti apud Forcalquerium et solverunt pedagium ibidem antequam recederent. De aliis contentis in ipso titulo dixit se nichil scire.

Super X titulo requisitus dixit idem ut supra dixit addens quod accidit quod ipse testis fuit pedagerius per XV dies pedagii de Mayranicis et desviantes a camino pignorabantur infra territorium de Mayranicis et non extra.

[167] Ipsa die Petrus Michaelis notarius testis juramento suo requisitus super IX, X XXV et XXVI titulis obmissis aliis titulis de voluntate producentis dixit et respondit super IX titulo dixit quod verum est quod ipse vidit¹⁹³ pluries dum erat notarius curie Forcalquerii tempore quo Isnardus Reoterius tenebat pedagium Lebriniane et Petrosii et etiam tempore quo Petrus Pellicerii de Forcalquerio emit redditus Petrosii et Lebriniane quamplures homines pignoratos per curiam Forcalquerii quia dicebatur quod desviaverant se a camino recto de Petrosio et Lebriniane faciendo caminum Crociense. Requisitus si recordatur de nominibus pignorum in quo territorio dicebantur esse pignorati dixit quod versus terram Crociensem et de Amenicis et versus Collum del Rais. Requisitus si est consuetudo in comitatu Forcalquerii dixit quod ita vidit uti per curiam Forcalquerii et plures condempnari per curiam¹⁹⁴ Forcalquerii vel inquisitiones facere contra ipsos quia dicebatur desviasse a camino recto. Requisitus si scit de aliis pedagiis dixit se nichil scire nisi auditu. Super facto de episcopatu Vapincensi et pedagii Vapincensis dixit quod tempore quo dominus noster rex tenebat civitatem Vapincensem et ipse testis erat clavarius desviantes a camino pignobantur per curiam predictam regiam ubicumque ipsos desviantes possent reperiri silicet quando a Talardo Novo dimitebant caminum et ibant per Talardum Vetus dimitendo caminum civitatis Vapincensis. Requisitus de tempore anteriori antequam dominus rex esset dominus Vapincensis sic aliquid dixit se nichil scire.

Super X titulo dixit se nichil plus scire quam supra dixit in IX titulo.

Super XXV titulo requisitus dixit ita esse verum ut¹⁹⁵ in titulo continetur.

Super XXVI titulo requisitus dixit quod pluries vidit quod venientes per caminum predictum cum mercaturis ipsum caminum [167v] faciebant et facere tenebantur secundum quod fama est aliud nescit. Requisitus si vidit prohiberi vel deffendi quod nemo iret per Valernam et Talardum respondit quod non ymo vidit pluries plures ire per dictum caminum de Balma cum mercaturis silicet cum sale.

Super XLII titulo(s) requisitus dixit se nichil scire de testimonio tamen dicit quod pluries audivit ipsum dominum Raymundum excommunicare hoc anno. Super aliis dixit se nichil plus scire.

¹⁹³ *En marge gauche* : t. super IX et X.

¹⁹⁴ *En marge gauche* : no.

¹⁹⁵ *En marge gauche* : t. super XXV.

Die XXIX augusti Sestaronus Guisla de Sistarone testis juramento suo super IX titulo dixit se nichil scire. Super X titulo requisitus dixit se nichil scire.

Ipsa die quo supra Bonifacius Bonpar de Mezello testis juramento suo requisitus super IX titulo dixit se nichil scire nisi de pedagio Mezelli et quod verum est quod trosselli fuerunt arestati in territorio¹⁹⁶ Spinose et condempnati quia desviaverant (a camino) se. Requisite de tempore dixit quod bene sunt XXX anni. Requisite cujus erant dicti trosselli dixit quod nescit. Requisite si unquam vidit pronunciare consuetudinem esse dixit quod non set bene vidit condempnare illos qui dictum pedagium furabantur et ita vidit uti curiam Provincie¹⁹⁷. Super X titulo requisitus dixit se nichil plus scire. Requisite cujus est pedagium de Mezello dixit quod domini regis.

[168] Guillelmus Laurencius de Mezello testis juramento suo requisitus super IX et X titulis dixit idem in omnibus et per omnia ut proximus testis excepto¹⁹⁸ de tempore.

Ipsa die quo supra Jacobus Viramassa testis juramento suo requisitus super IX et X titulis dixit quod si aliquis furaretur pedagium sequeretur et ex inde puniretur de illis qui se desviarent dixit quod infra terram¹⁹⁹ Volone pignorarentur vel arestarentur. Requisite si scit consuetudinem de pedagiis aliis Provincie et Forcalquerii dixit quod non. Requisite si scit consuetudinem esse dixit quod non.

Socherius de Volona testis juramento suo requisitus super IX et X titulis dixit idem in omnibus ut proximus salvo quod quando sunt in civitate²⁰⁰ Sistaronis desviantes a camino faciunt ipsos per curiam Sistarone pignorare et arestare.

Ipsa die quo supra Johannes Balb de Sistarone testis juramento suo requisitus super XXIII titulo dixit quod antequam dominus Philipus fuisset senescallus²⁰¹ Fulco Monegue accipiebat pedagium apud Chanoam et hoc per duos annos et sunt bene VII vel VIII anni lapsi. Requisite si debet esse ibi pedagium vel percipi consuevit dixit quod non nisi tunc nec [168v] unquam magis audivit dici quod pedagium solveretur ibidem. Requisite si scit a quibus accipiebatur pedagium ibidem dixit quod non recordatur. Requisite ad cujus istanciam venit apud Dignam dixit quod mandato bajuli Dignensis.

Ipsa die quo supra Guillelmus de Nertz testis juramento suo requisitus super XLIII et XLV titulis dixit quod ipse(met scit) nescit quis donavit dictum sclavum domino Philipo nec cognoscit eum set bene vidit dictum sclavum qui vocatur Seyatus. Requisite si scit quod dictus sclavus erat infirmus tempore donationis dixit quod sic. Requisite quo tempore fuit facta donatio dicti sclavi dixit circa Pentecostem. Requisite quantum valebat tunc temporis

¹⁹⁶ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁹⁷ *En marge gauche* : no.

¹⁹⁸ *En marge gauche* : t. super IX.

¹⁹⁹ *En marge gauche* : t. super IX.

²⁰⁰ *En marge gauche* : t. super IX.

²⁰¹ *En marge gauche* : t. super XXIII.

dixit quod nescit quia infirmabatur usque ad mortem. Requisitus quantum valet modo dixit quod nescit.

Requisitus super XL[V] titulo dixit quod nescit quis ipsum capit nec quomodo fuit captus. Requisitus si scit quis ipsum donavit domino Philipo dixit quod non.

Ipsa die quo supra Sestaronus Guisla de Sistarone testis juramento suo requisitus super XXVII titulo dixit se nichil scire.

Super XXVIII titulo requisitus dixit se nichil aliud scire. Dixit tamen alias testificatus fuerat in inquisitione et sicut alias dixit in inquisitione sic vult perficere in illo domino.

[169] Die ultima augusti Johannes Beneti de Sistarone habitator Digne testis juramento super XIX titulo dixit requisitus nichil scire. Requisitus si predicti in titulo nominati habent comodum vel incomodum dixit quod nescit. Requisitus si nominati in predicto titulo fecerunt querimoniam de dicto pedagio dixit quod nescit nisi quia audivit quod aliqui de Sistarone de nominibus quorum non recolit conquebantur aliter nescit.

Giraudus Sebencus de Theza homo domini Philipi requisitus testis juramento suo quis fecit eum venire ad ferendum testimonium dixit quod dominus Philipus et Brocardus tradidit sibi quandam cesulam super qua requirere debet. Super primo titulo requisitus²⁰² dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisitus qualiter scit dixit quia fama est quod ipse dominus Bertrandus de Misone erat dominus de Poyeto. Requisitus qualiter scit quod esset dominus dixit quod ipse vidit semel capi facere per predictum dominum Bertrandum quendam qui vocabatur Guillelmus Bermundi et ipsum captum adduci fecit apud Misonum. Requisitus quare dixit quod nescit set fama est quod ipse erat dominus dicti castri. Requisitus si sunt alii domini dixit quod sic. Requisitus si dictus Guillelmus Bermundi qui captus fuit erat dominus dicti castri dixit quod sic pro parte.

Super II titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur²⁰³. Requisitus qualiter scit dixit quia ipse vidit quendam pedagerium qui vocabatur Botinus judeum. Requisitus quantum dabat quelibet bestia honerata vel non honerata dixit quod nescit. Requisitus a quibus recipiebat dictus Botinus pedagium dixit quod nescit set a camineriis. [169v] Requisitus si ipse unquam solvit pedagium dixit quod non.

Super III titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quod bene audivit dici.

Super VI titulo requisitus²⁰⁴ dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu salvo quod de tempore dixit de XII annis et plus. Requisitus quantum solvitur ibidem pro pedagio dixit quod bestia grossa dat VI denarios et cum basto I denarium et ipse²⁰⁵ testis emit dictum pedagium et ipsum postmodum vendidit et bajulus fuit in dicto castro pro domino Philipo per duos annos et plus.

Super VII titulo requisitus dixit ita esse verum a tempore quo supra dixit in VI titulo²⁰⁶.

²⁰² *En marge gauche* : t. super I.

²⁰³ *En marge gauche* : t. super II.

²⁰⁴ *En marge gauche* : t. super VI.

²⁰⁵ *En marge gauche* : XVIII.

²⁰⁶ *En marge gauche* : t. super VII.

Super VIII titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite²⁰⁷ qualiter scit dixit quod visu et auditu. Requisite quo titulo tenet predictum castrum dixit quod causa emptionis quia dominus Robertus emit predictum castrum.

Super IX titulo requisitus dixit quod nescit aliquid de consuetudine excepto quod ipse testis fuit pignorum unacum Poncio de Lura eo quia²⁰⁸ desviaverant se a camino de Balma et transsiverant Durenciam et inerant versus Misonem. Requisite si de aliquo alio pedagio vidit aliquem pignori dixit quod vidit semel bajulum dalphini tempore quo dominus Revenna tenebat testam in territorio Theze ad Pratum Domenge eo quia dicebatur desviasse quosdam homines de Sancto Boneto a camino de Upasio²⁰⁹. Requisite si tempore domini Philippi vidit aliquos homines pignori dixit quod sic in territorio de Theza et de Chanoa similiter homines de Sancto Boneto. Requisite si scit consuetudinem esse dixit quod non set predicta vidit fieri antequam dominus Philippus esset senescallus ²¹⁰ et postquam fuit senescallus quendam hominem de Talardo dicto et vocato Apostol et quendam de Sistarone qui vocatur Luquetus.

Super X titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici.

Super XI titulo requisitus dixit ut [170] in IX titulo.

Super XXII titulo requisitus dixit se nichil scire de littera²¹¹ domini Isnardi tamen de litteris domini Johannis de Burlatio dixit quod vidit ipsam legentem et continabatur in ipsis litteris quod dominus Philippus posset pignori desviantes a camino de Poyeto ubicumque ipsos invenire posset.

Super XXIII²¹² titulo requisitus dixit quod tempore senescallie domini Guillelmi de Gonessa et tempore senescallie domini Philippi de Lavena faciebat dominus Philippus pignori aventurarios in camino de Vaumilio et de Chanoa pro pedagio Poyeti quia non faciebant territorium de Poyeto. Requisite cujus auctoritate predicta faciebat fieri dixit quod litteras habebat a domino Guillelmo de Gonessa et domino Johanne de Burlacio.

Super XXV titulo requisitus dixit quod ita audivit ut in titulo continetur. Requisite si vidit vel audivit prohiberi viatoribus nec possent ire per Balma Sistarone dixit quod viatores faciunt caminum quod volunt et si quis prohiberet faceret injuriam.

Super XXVI titulo requisitus dixit quod ita audivit dici aliter nescit.

Super XXVII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici.

Super XXVIII titulo requisitus dixit se nichil scire salvo quod audivit dici Fosseto judeo quod Brocardus fecerat sibi mandamentum quod pro pedagio Poyeti pignoret in territorio Chanoe et Vaumilii.

Super XLVII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici. Requisite si est doctus vel subornatus dixit quod non nec est sibi datum aliquid vel promissum dixit quod non. Requisite que est major utilitas itinerantium et curie regie en ire per caminum de Poyeto vel per caminum de Balma dixit quod per caminum de Balma pro eo quia minus datur ibidem de pedagio.

²⁰⁷ *En marge gauche* : t. super VIII.

²⁰⁸ *En marge gauche* : t. super IX.

²⁰⁹ *En marge gauche* : no.

²¹⁰ *En marge gauche* : no.

²¹¹ *En marge gauche* : t. super XXII.

²¹² *En marge gauche* : t. super XXIII ; *En marge droite* : no.

[170v] Die XXI septembre Matheus de Florencia habitator Vapincensis testis juramento suo requisitus super LII titulo obmissis aliis titulis de voluntate producentis dixit se nichil scire nisi quod audivit dici quod dominus Philipus donaverat domino episcopo Vapincensi unum mulum et dominus episcopus dicto domino Philipo unum palafredum de tempore non recordatur nec de pilo palafredi nec de roncino et quod tempore quo dominus Philipus de Lavena erat senescallus dominus episcopus non erat de jurisdictione domini nostri regis.

Ipsa die dominus Laugerius de Vaumilio miles testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit quod ita credit ut in titulo continetur. Requisitus quare hoc credit dixit quia vidit quod domini de Poyeto fecerunt recognitionem dicto domino Bertrando de Medullione sicut domino majori.

Super II capitulo sive titulo requisitus dixit quod ipse vidit quod quidam judeus Botinus nomine accipiebat pedgium nomine domini Bertrandi apud Poyetum.

Super III titulo requisitus dixit quod ipse vidit quod quidam judeus Botinus²¹³ nomine faciebat arestare aliquos homines in territorio de Vaumilio et de Chanoa. Requisitus de tempore dixit quod bene sunt XL anni, de anno, mense et die non recordatur. Requisitus qui erant illi qui arestabantur dixit nescire. Requisitus qui erant illi qui predictos homines arestabant dixit quod Petrus Bruni et Raymundus de Vaumilio. Requisitus quot vicibus vidit hoc dixit quod semel tantum.

Super VI titulo requisitus²¹⁴ dixit quod ipse vidit et audivit a VII vel VIII annis citra quod dictus dominus Philipus misit bajulum suum et pedagium in dicto castro [171] et vendidit redditus sicut dominus dicti castri.

Super VII titulo requisitus dixit ut supra in VI titulo.

Super VIII titulo requisitus dixit se nescire quo titulo tenet predicta loca set sicut dominus tenet ipsa.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quod curia domini nostri regis usa est de predictis contentis in titulo pro pedagio de Balma et hoc vidit semel tantum, de aliis pedagogiis nichil scit.

Super XI titulo requisitus dixit quod quando tenebat bajuliam Poyeti²¹⁵ pro domino Philipo faciebat pignorare circumcirca castrum Poyeti usque ad castrum de Upasio. Requisitus si aliquos homines transeuntes per caminum de Balma pignoravit nec pignoraret pro dicto pedagio de Poyeto dixit quod non.

Super XXV titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici. Requisitus si aliquis potest ire per caminum Balme pro libero voluntatis dixit quod sic et ipse testis iret.

Super XXVI titulo requisitus dixit se nichil scire nisi auditu dici. Requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non. Miles est domini Philipi.

Guillelmus de Talardo testis suo juramento requisitus super XXVII titulo dixit se nichil scire.

Super XXVIII titulo dixit se nichil scire nisi quia quidam judeus Fossetus nomine dicebat quod dominus Philipus faciebat capi pedagium apud Thezam tempore sue senescallie ante non. Requisitus si faciebat jus vel injuriam in capiendo pedagio dixit quod injuriam ut gentes

²¹³ *En marge gauche* : III.

²¹⁴ *En marge gauche* : t. super VI.

²¹⁵ *En marge gauche* : t. super XI.

comuniter dicebant. Requisitus si dominus Philipus erat presens tunc dixit quod non nec tempore quo ipse dominus Philipus non erat senescallus non accipiebatur pedagium.

[171v] Bertrandus de Poyeto homo Isnardi Jostacii testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu²¹⁶ et auditu et quia ipsum Bertrandum nutritus dictus dominus Bertrandus per X annos vel idcirca.

Super II titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et²¹⁷ auditu et quia ipse testis presens fuit multociens cum pedageriis qui a transseuntibus accipiebant pedagium. Requisitus quo nomine vocabantur dicti pedagerii dixit quod unus vocabatur Raymundus de Podio et quidam alter Botinus judeus. Requisitus quantum accipiebatur pedagium dixit quod II denarios de bestia grossa.

Super III titulo requisitus dixit²¹⁸ se vidisse tempore domini Raymundi Berengarii arestare Johannem Ayaciam de Vapinco mandato domini Bertrandi de Medullione per Raymundum de Podio de Poyeto et Rostagnum Chabrunam in territorio de Vaumilio quia Johannes portabat sal cum asinis. Requisitus si predicta fiebant sciente curia domini Raymundi Berengarii dixit quod credit quod sic.

Super IIII titulo requisitus dixit quod quando dominus Bertrandus de Medullione ipsa remansit heres in totum ut credit²¹⁹.

Super VI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu et auditu et bene sunt²²⁰ XX anni quod est dominus dicti castri et antequam ipse fuisset senescallus fuit inceptum pignorare gentes apud Chanoam et ipso etiam senescallo existente²²¹. Requisitus quos vidit pignorari dixit quod non cognoscit gentes.

Super VII titulo requisitus dixit ita ut supra dixit. Super VIII titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisitus quo titulo tenet predicta loca dixit quod causa emptionis et causa donationis.

Super IX titulo requisitus dixit quod bene vidit quod²²² postquam fuit terra domini regis silicet comitatus Forcalquerii et Provinsia non vidit aliquem pignorare in terra de Chanoa nec de Tesa [172] set tempore senescallie domini Philippi vidit capi pedagium apud Chanoam occasione pedagii de Poyeto et hoc vidit semel tantum. Requisitus antequam esset senescallus dixit quod non vidit set bene audivit dici.

Super XI titulo requisitus dixit se nichil plus scire quam supra dixit in nono titulo.

Super XXV titulo requisitus dixit quod audivit dici quod illud est caminum rectum set pro quolibet camino potest ire quilibet silicet vel Balmam vel per Poyetum et magis utilis est hominibus ipse per caminum de Balma quam per caminum de Poyeto quia minus datus et exigitur pedagium a aventureriis. Requisitus si est doctus vel subornatus ferre testimonium dixit quod non nec est sibi datum aliquid nec promissum.

²¹⁶ *En marge gauche* : t. super I.

²¹⁷ *En marge gauche* : t. super II.

²¹⁸ *En marge gauche* : t. super III.

²¹⁹ *En marge gauche* : no.

²²⁰ *En marge gauche* : t. super VI.

²²¹ *En marge gauche* : no.

²²² *En marge gauche* : t. super IX.

Die XXII septembris Petrus de Garda notarius de Valansolia testis juramento suo requisitus super XX titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur²²³.

Super XXII titulo dixit se nichil scire.

Super XXIII titulo dixit se nichil scire.

Super XLVIII titulo requisitus dixit quod ipse vidit dictum sclavum²²⁴ qui infirmabatur fortiter sic quod non poterat ire bono modo nisi sustineretur, de valore tamen dicti sclavi nichil scit.

Super XLV titulo requisitus dixit quod audivit dici dicto Ricavo quod dictos sclavos acceperat in quadam insula de Menorec nescit tamen si erant sclavos domini Amfozii et bene audivit dici quod dictus Ricavus donaverat aliquos sclavos.

[172v] Die quo supra Amaysonus de Upasio testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit ita verum ut in titulo continetur visu²²⁵ et auditu et quia vidit ipsum dominum Bertrandum tenere dictum castrum sicut suum et vidit quod dictus dominus Bertrandus et homines de Upasio habuerunt questionem de territoriis dictorum castrorum et ipse dominus Bertrandus sicut dominus dicti castri de Poyeto fovebat homines castri de Poyeto et pro jure suo in dicta questione veniebat.

Super II titulo dixit ita esse verum de pedagio quod faciebat capi pedagium per Botinum judeum et Raymundum Bonetum et bestia honerata grossa solvit II denarios et trosselloria VI denarios, de aliis in titulo contentis nichil scit.

Super III titulo dixit se nichil scire. Super IIII titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quod bene vidit tenere dicte domine Galburgi dictum castrum.

Super VI titulo requisitus dixit ita esse verum ut in²²⁶ titulo continetur videlicet quod dominus Philipus tenet et possidet dictum castrum de Poyeto et tenuit per XX annis tamen ignorat quid scit quasi possessio non tamen vidit quod idem dominus Philipus acceperit pedagium set Raymundus Berengarius accepit pedagium ipso teste vidente pro domino Philipo. Requisite a quibus dixit quod a transeuntibus.

Super VII titulo requisitus dixit quod magis sunt de L annis²²⁷ quod pedagium accipitur apud Poyetum et accipi consuevit et hodie accipitur nomine domini Philipi per suos pedagerios et hoc est notorium et publicum omnibus vicinis castri de Poyeto.

Super IX titulo requisitus²²⁸ dixit quod predicta vidit fieri tantum in episcopatu Vapincensi pro pedagio Dalphini et non pro aliquo alio silicet pro pedagio de Upasio, de [173] consuetudine nichil scit.

Super XI titulo dixit se nichil scire.

Super XXV titulo requisitus dixit se tantum scire quod ipse testis vidit quoddam instrumentum quod tradidit Bastardino de Monte Froco bajulo Vapincensi prior de Domibus in quo faciebat mentionem quod per caminum de Rovebel solebant ire mercatores qui veniebant de Provincia cum mercaturis et transsire per Petrosium et Lebrinianam et Sistarorem non tamen vidit inhiberi quod aliquis vectorarius non possit transsire per Balmam.

²²³ *En marge gauche* : t. super XX.

²²⁴ *En marge gauche* : t. super XLVIII.

²²⁵ *En marge gauche* : t. super I.

²²⁶ *En marge gauche* : t. super VI.

²²⁷ *En marge gauche* : t. super VII.

²²⁸ *En marge gauche* : t. super IX.

Requisitus quis fecit dictum instrumentum dixit nescire nec quando fuit confectum nec quis ipsum instrumentum fecit fieri.

Super XXVI titulo requisitus dixit ut supra dixit in XXV titulo tamen magis est utile gentibus ire per caminum de Balma quam per caminum Poyeti quia minus solvitur ibidem de pedagio. Requisitus si est doctus vel (subornatus) instructus dixit quod non nec est sibi datum aliquid nec promissum.

Die quo supra dominus Guillelmus Juvenis cannonicus Sistarone testis juramento suo requisitus super LV titulo dixit quod verum est quod una die dominus Philipus mandavit domino Guillelmo Juveno ut ipse faceret parare prandium quia volebat comedere cum ipso et dum esset ad prandium dominus Amelius venit ibidem in prato cum equis et armis. Dominus autem Philipus erat sine armis et taliter venit dictus dominus Amelius quod²²⁹ non posset capi per ipsum tamen bene fuit alocutus dictus dominus Philipus cum dicto domino Amelio. Super aliis dixit se nichil scire nisi quod licenciam inpetravit ipse dominus Guillelmus Juvenis.

[173v] Petrus Enavansa de Bello Joco testis juramento suo requisitus super XLVIII titulo dixit se tantum scire quod dictus sclavus erat infirmus usque²³⁰ ad mortem ita quod vix poterat se sustinere et si fuisset ita dives sicut dominus Philipus non daret denarium nec pictam. Super XLV titulo dixit quod bene sit quod domino Raymundo Rupho donavit unum sclavum, alia nescit. Requisitus cujus est homo dixit quod domini regis et cum Brocardo moratur.

Dominus Petrus Bonus de Sistarone testis juramento suo requisitus super XLVII titulo dixit se nichil scire nisi quod audivit dici a Petro Pellicerio et Guillelmo de Forti quod ipse habuerat rem cum parentibus suis et quod perjuraverat se et pacem hominum de Sistarone inpediverat prout ipse testis credit magis quam aliquis homo de Sistarone nec de mundo et quod²³¹ recollegit malefactores et murterios silicet Galium et sacerdotem Honoratum et valletum Julianum qui fuerunt ad factum domini Amelii et (Salinacum) Salucium Johannem Baudoynum qui sunt pravi homines.

Super LV titulo dixit quod verum quod dictus dominus Philipus fuit²³² ad dictam ecclesiam et comedit ibidem cum domino Guillelmo Juvene et interim venit dominus Amelius cum hominibus de armis sic quod ipsum non posset capere per gentem suam dictus dominus Philipus et bene fuit alocutus cum ipso domino Amelio. De litteris nec contentis in ipso titulo nescit aliud quam supra dixit.

[174] Ipsa die dominus Raymundus Costancius monachus et prior de Balma ante Sistarone testis juramento suo requisitus super LII titulo dixit se nichil aliud scire nisi quod audivit dici familie domini episcopi quod dominus episcopus donavit unum palafredum domino Philipo et unum mulum donaverat dominus Philipus dicto domino episcopo nec dominus episcopus

²²⁹ *En marge gauche* : t. super LV.

²³⁰ *En marge gauche* : t. super XLVIII.

²³¹ *En marge gauche* : t. super XLVII.

²³² *En marge gauche* : t. super LV.

Vapincensis erat tunc²³³ de jurisdictione domini regis nec est modo quia non tenet aliquid sub ipso domino nostro rege. Requisitus quo tempore fuit datus dictus palafredus dixit quod non recordatur de tempore tamen erat tunc tempus Pasce.

Ipsa die Andusetus de Balma testis juramento suo requisitus super IX titulo dixit se tantum scire quod si aliquis furatus fuerit pedagium²³⁴ regium de Balma faceretur capi et arestare ipsum furem sive pedagio frangens in terra regis non autem alibi et ipse testis misit litteras curie in terra Dalphini et voluerunt arestare sibi aliquem.

Super X titulo requisitus dixit ut supra dixit in IX titulo aliter nescit nec scit aliquam consuetudinem esse nec fuisse.

[174v] Bertrandus de Mura de Sistarone testis juramento suo requisitus super LVI titulo dixit se tantum scire quod audivit dici quod dominus rex donaverat eidem domino episcopo dictum castrum de Cigoerio silicet donum et hoc audivit dici domino Jacobo Bruno bajulo Sistarone tunc et quod habuit in mandatis idem Bertrandus et Raymundus ejus frater quod de dicto castro facerent recognitionem dicto domino episcopo Vapincensi et ipsam recognitionem fecerunt silicet domino Otoni episcopo tunc mandato domini Guillelmi de Gonessa tunc senescalli Provincie.

Super LVII titulo requisitus dixit se tamen scire quod dictus Raymundus ejusdem et frater et ipse testis fecerunt recognitionem de dicto castro dicto domino (episcopo de mandato)²³⁵ Philipo de mandato domini episcopi Vapincensis silicet domini Odonis. Alia nescit.

Die quo supra Laugerius Rainerius de Sistarone testis juramento suo requisitus super IX titulo dixit se nichil scire nec de consuetudine si si vel non.

Super X titulo dixit se nichil scire.

Super XI titulo dixit se nichil scire.

Super XXIII titulo requisitus dixit quod ipse testis erat syndicus civitatis Sistarone bene sunt VIII anni et tunc pedagerius domini Philipi acceperat aliqua pignora ab hominibus de Sistarone apud Thesam et fuit cognitum per curiam domini regis quod pignora restituerent ipsis hominibus et fuerunt restituta et littere fuerunt super hoc desti^[175]nate judici et bajulo Sistarone et tunc erat judex dominus Sismon de Marchosiis et bajulus dominus Simon de Malo Respectu et dicebatur tunc pro parte domini Philipi quod occasione pedagii de Poyeto acceperant illa pignora ab illis de Sistarone. Requisitus qui erant illi de Sistarone qui fuerunt pignorati et quibus dicta pignora restituta fuerunt dixit quod non recordatur set si ipsos videret bene sciret ipsos nominare. Dixit tamen quod tunc dominus Philipus non erat senescallus.

Super XXV titulo dixit quod ipse vidit de tempore suo magis nominari caminum de Rovebel tamen ementes ibant semper per caminum quem magis volebant set plus certius est iter de Rovebello quam de Chanoa. Alia in titulo nescit.

Super XXVI titulo requisitus dixit se nichil scire plus quam supra dixit.

²³³ *En marge gauche* : t. super LII.

²³⁴ *En marge gauche* : t. super IX.

²³⁵ *En marge gauche* : t. super LVII.

Ipsa die quo supra Hugo Monachus testis juramento suo requisitus super XIII titulo dixit quod ipse fuit pedagerius Chanoë pro domino Philipo²³⁶. Requisitus si apud Chanoam datur pedagium dixit quod non set dominus Philipus faciebat ipsum testem stare apud Chanoam et Tesam ut²³⁷ transseutes per illud caminum pignorarentur quia non ibant per pedagium Poyeti. Requisitus cujus auctoritate faciebat capi²³⁸ pedagium de Poyeto apud Chanoam et Thezam ex quo ibi non debet dare pedagium dixit quod nescit. Requisitus quo tempore dixit quod bene sunt X anni lapsi et non erat senescallus nec postquam fuit senescallus non fuit ipse testis pedagerius in dicto loco nec etiam custos pedagii.

Super XXIII titulo requisitus dixit quod ita audivit dici²³⁹ [175v] ut in titulo continetur aliter nescit. Requisitus a quo vel a quibus audivit dici hoc dixit quod a Fosseto judeo ab alio non. Requisitus cujus est homo dixit quod domini regis tamen ipse fuit de Vaumilio natus. Requisitus si est doctus vel subornatus dixit quod non nec est sibi datum aliquid nec promissum.

Dominus Laugerius de Vaumilio testis juramento suo requisitus super LVI titulo dixit quod ipse vidit litteram domini regis patentem sigillatam cum sigillo²⁴⁰ pendenti in quibus continebantur contenta in titulo et ideo mandato domini episcopi Vapincensi silicet domini Otonis ipse testis et Faraudus de Valansano fecerunt homagium dicto domino Philipo pro dicto castro de Ciguoierio pro eo quod tenet ibidem et homo est ipse testis (d) ipsius domini Philipi pro eo quod tenet in dicto castro de Cigoyerio.

Super LVIIo titulo requisitus dixit quod dominus episcopus Vapincensis predictus misit litteras suas ipsi testi et Faraudo de Valansano ut ipsis facerent homagium domino Philipo sicut domino dicti castri quia dominium donaverat sibi et ipsum dominum Philipum fecerat de dicto dominio vassallum alia nescit. Requisitus quando fuerunt hec dixit quod magis sunt de X annis.

Bertrandus Barquetus testis juramento suo requisitus super XXVII titulo dixit nichil scire quia non vidit scripturam nec sit litteras. Super XXVIII titulo requisitus dixit se nichil scire.

[176] Valbonesius de Brosio de Misono homo domini regis testis juramento suo requisitus super II titulo dixit ita esse verum ut in titulo continetur visu²⁴¹ et auditu. Requisitus quid inde vidit et audivit dixit quia vidit quod dominus Philipus sicut dominus de Poyeto tenuit ipsum castrum et possedit et bajulum suum tenet ibidem et pedagium et facit in ipso castro sicut dominus quecumque sibi placet faciendo fieri justicias et alia que dominus facere potest in suo castro et predicta vidit bene sunt XX anni.

Super VII titulo requisitus dixit quod a XX annis citra vidit capi pedagium et quod bestia grossa cum trossello solvit VI denarios et bestia parva II denarios vel III obolos. Requisitus qua ratione et quo jure accipitur pedagium dixit quod audivit dici quod dalphinus de Vianesio donavit ipsum pedagium domino Bertrando de Misono tamen non recolit de quo dalphino

²³⁶ *En marge droite* : no. Pro domino Phylipo.

²³⁷ *En marge gauche* : t. super XIII.

²³⁸ *En marge droite* : no.

²³⁹ *En marge gauche* : XXIII.

²⁴⁰ *En marge gauche* : t. super LVI.

²⁴¹ *En marge gauche* : t. super II.

dictum fuit ipsi testi nec a quibus audivit dici set homines de Upasio dicunt predictum pedagium dedisse domino Bertrando de Misono.

Super IX titulo requisitus dixit se tantum scire videlicet quod tempore quo dominus Philipus erat senescallus vendidit dictum pedagium Giraudo Sebenco et dictus Giraudus vendidit ipsum Fosseto judeo et idem Fossetus ipsum pedagium accipiebat apud Chanoam et Tesam, nescit tamen cujus auctoritate ipsum pedagium accipiebat quia non debet dare hoc pedagium nec dare consuevit de jure. De aliis contentis in ipso titulo nichil scit nec si est consuetudo vel non in locis contentis in ipso titulo.

Super XI titulo requisitus dixit se nichil scire.

Super XXIII titulo dixit se nichil scire. Super XXV titulo dixit [176v] quod audivit dici quod dominus comes quondam Forcalquerii et dalphinus habebant pactum et conventiones inter se de contentis in titulo aliter nescit.

Super XXVI titulo requisitus dixit ut supra dixit in XXIII titulo. Requisitus si vecturerii venientes de Provincia possunt ire per caminum de Balma et dimitere caminum de Rovebello dixit quod sic et magis est utile ipsis vectureriis quam caminum de Rovebello quia minus exigitur de pedagio ab eisdem. Requisitus si est doctus testificari dixit quod non nec est sibi datum aliquid nec promissum.

Raymundus Broquetus de Sistarone testis juramento suo requisitus super primo titulo dixit se nichil scire.

Super II titulo requisitus dixit se nichil scire nisi quod pedagium dabat ipse testis quando transsitum suum faciebat per locum illum et dicebatur quod dominus Bertrandus ipsum pedagium faciebat capi.

Super III titulo requisitus dixit se nichil aliud scire nisi quod curia dalphini volebat ipsum raubare et projicere de ponte Talardo inferius quia faciebat caminum These silicet semper ipsum caminum faciebat pro libito voluntatis et dominus Philipus senescallus existens pignoravit ipsum testem et alios de Sistarone apud Chanoam et Thesam pro pedagio Poyeti et tunc incipit ipsum pedagium accipi facere apud Chanoam et Tesam quando venit senescallus Provincie quia ante non esset. [177]

Super VII titulo requisitus dixit quod in loco de Poyeto consuevit accipi pedagium²⁴² et solvi XXX anni sunt et plus nescit tamen cujus auctoritatem et dictum pedagium accipitur ibidem apud Poyetum XX anni sunt vel idcirca.

Super IX titulo requisitus dixit se nichil scire ymo quis potest ire per caminum quem magis placet sibi et nisi in terra sua aliquis potest nec debet pignorare frangentes pedagium nisi hoc fuerit dominus rex per potenciam suam et quia major dominus. De consuetudine nichil scit verum sit vel non. Super X titulo requisitus dixit quod curia potest capere pedagium in terra sua ubique et arestare frangentes ipsum per potenciam suam set aliquis alius non nec si ita utitur curia Provincie vel usa sit ignorat immo nescit consuetudinem pedagiorum Provincie silicet terrarum. Super XI titulo dixit se nichil scire.

Super XXIII titulo requisitus dixit quod nunquam magis dedit pedagium apud Chanoam nisi quando dominus Philipus fuit senescallus nec antea fuit sibi dictum quod solvetur pedagium licet ipsum caminum Chanoae fecerit cum animalibus suis magis sunt de XL annis.

²⁴² *En marge gauche* : VII.

Super XXV titulo requisitus dixit quod quilibet potest facere caminum de Rovebel vel de Balma. De consuetudine nec de usu nichil scit nec unquam vidit aliquem disturbare quin posset ire per Balmam si vellet nisi quanto dominus Philipus fuit senescallus et tunc gentes de Sistarone clamabant raydam et etiam in tantum quod voluerunt exponere querimoniam de ipso domino Philipo ad curiam majorem.

Super XXVI titulo requisitus dixit se nichil plus scire quam supra dixit verum tamen illi qui sunt de terra dalphini astringentur ire per dictum caminum de Rovebello et non homines terre domini regis.

[177v] Fossetus judeus de Poyeto habitator de Balmis homo domine Galburgis testis juramento suo requisitus super lege mosayca super XVIII titulo requisitus dixit ita esse verum ut in titulo continetur. Requisite quantum emit ipsum pedagium Giraudus Sebencus dixit quod XXX libras et dictus Fossetus ipse precio emit ipsum pedagium ab ipso Giraudo. Requisite quantum tempus est dixit quod in festo Omnium sanctorum fuerunt duo anno. Requisite si occasione dicti pedagii pignorabat aliquos apud Thesam et Chanoam dixit quod sic. Requisite quare dixit quia dominus Philipus hoc faciebat fieri et de suo mandato hoc faciebat. Requisite si antequam dominus Philipus fuisset senescallus pignorabat gentes similiter mandato domini Philipi. Requisite cujus auctoritate predicta faciebat fieri dominus Philipus dixit quod nescit.

Die XXV mensis septembris Petrus Andreas de Forcalquierio testis juramento suo requisitus super IX titulo dixit se nichil aliud scire nisi demum²⁴³ quod dominus terre in qua accipitur pedagium potest infra terram suam desviantes a camino arestare et eos pignorare pro pedagio suo tantum et non extra terram suam quod si faceret et aliquem pignoraret vel arestaret extra suam terram faceret tort. De aliis contentis in dicto titulo dixit se nichil scire.

Super X titulo requisitus dixit quod curia domini nostri regis sicut major curia potest per suam potenciam accipere pedagium a des[178]viatoribus et eos arestare in quallibet parte dictorum comitatum tamen si hoc facere potest de jure vel non ignorat quia nescit jus.

Super XXV titulo requisitus dixit quod quilibet caminerius potest pro libito voluntatis facere caminum suum per caminum Poyeti et de Rovebello vel per caminum de Balma, de Chanoa et de Thesa nec unquam vidit contrarium. Requisite que via est magis utilis viatoribus seu aventureriis an via de Poyeto de Rovebello an via de Balma, de Chanoa et de Teza dixit quod nescit. Requisite si testificatur hodie amore vel timore dixit quod non.

Ipsa die Laurencius Rascassius de Forcalquierio testis juramento suo requisitus super IX, X et XXV titulis sibi expositis et perlectis diligenter dixit idem in omnibus et per omnia ut testis proximus.

[178v] Productiones facte per dominum Philipum

Anno Domini M CC LXXXVIII die XXII julii predictus dominus Philipus ad probandum qualiter dominus Bertrandus de Medullione fuit dominus quondam major de Poyeto produxit quandam clausulam cujusdam publici instrumenti scripti manu Isnardi Pautrierii publici notarii

²⁴³ *En marge gauche* : t. super IX et X.

dicti domini Bertrandi sub anno incarnationis Domini M CC XLVI III^o mensis septembris
cujus clausule tenor incipit sic « Inter dominum Bertrandum de Medullione dominum de
Misone majorem dominum de Poyeto ex una parte et ejusdem Bertrandi fideles et feudatarios
de eodem castro silicet Poncium de Sistarone et Guillelmum Bermundum et Raymundum de
Poyeto et fratres suos et Isnardum Garinum et Lantelmum Garinum et Aymum et fratres suos
et ceteres fideles et feudatarios ex altera ».

Anno quo supra die XXIII julii comparuit predictus dominus Philipus coram predictis dominis
inquisitoribus et ad deffensionem ipsius super LVI capitulo tradito per ipsum dominum
Philipum ad deffensionem ipsius producit quoddam cappitulum cujusdam littere sigillate
sigillo domini Karoli quondam clare memorie Jerusalem et Scicilie regis quod capitulum
incipit « Item actum est quod dominus rex predictus per se et heredes suos in comitatibus
predictis domino episcopo et ecclesie Vapinci set segnoriam et dominium quod et quam habet
dictus dominus rex in castris Cigoyerii et Raynerii talo modo quod dictus episcopus possit
emere de dictis castris dare in feodum alicui militi fideli domini regis predicti et remaneant
predicta castra sub dominio domini regis et suorum et ille cui dabit in feodum sit vassallus
episcopi et episcopus [179] vassallus domini regis et suorum. Item et quoddam aliud capitulum
in eadem littera super eodem capitulo quod capitulum incipit « nos enim senescallo nostro
Provincie plenam concedimus potestatem ut possit in manu vestra jurare secumdem formam
infrascriptam quod predicta omnia faciemus et servabimus bona fide » qua littera fuit scripta
sub anno Domini M^o CC^o LXXVI mensse madii XVI ejusdem XV indictionis regni nostri
anno septimo et incipit dicta littera in secunda linea « cujus » et in penultima « Domini ».

Item produxit super eodem capitulo quandam litteram sigillatam cuidam sigillo pendenti
habente inpresuram episcopi, cujus littere tenor talis est : « C. 244 Dei gratia episcopus
Vapincensis dilectis et fidelibus suis dominis de Cigoyerio salutem in filio Virginis gloriose.
Cum nos de concenssu et consilio capituli nostri donavimus in feodum nobile et gentili
dominium et segnoriam quam habemus in dicto castro Cigoyerii ex causa donationis nobis
facte per excellentissimum dominum nostrum regem Scicilie nobili viro domino Philipo de
Lavena recipienti nomine domini Roberti patris sui et suo propter grata et accepta servicia que
nobis et nostre ecclesie prestiterint et in posterum facient decedante vobis precipiendo
mandamus quatinus dicto domino Philipo et suis tanquam nobis obedietis et eidem facere
debeat ipse enim pro dicto feudo nobis fidelitatem fecit et promisit nobis omnia servare que
in fidelitatis titulo continentur salva fidelitate domini regis et heredum suorum et aliorum
dominorum quibus autem erat sacramento fidelitatis constrictus. Promisit nobis etiam sub
virtute prestiti juramenti servare ordinationem factam super castro Teze per dominum
senescallum prout in instrumento inde facto per manum Petri de Garda plenius continetur. In
cujus rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum
Raybaldi IIII nonas aprilis ».

²⁴⁴ Cette initiale ne correspond à aucun des évêques de Gap du XIII^e siècle. Le copiste a sans doute mal lu un document peut-être en mauvais état. Cet acte doit suivre de peu le précédent et émanerait donc d'Othon de Grasse, qui fut évêque de 1252 à 1282.

[179v] Item ad deffensionem ipsam super XLVIII titulo et LII produxit quandam litteram sigillatam sigillo illustris domini Karoli quondam bone memorie Jerusalem et Scicilie regis cujus littere tenor talis est : « Karolus, Dei gratia rex Jerusalem, Scicilie, ducatus Apulie et principatus Capue dux, Urbis senator, princeps Achaye, Andegavensis, Provincie et Forchalquerii et terrarum adjacentium comes, Romani imperii in Tuciam per sanctam Romanam ecclesiam vicarius generalis universis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris salutem et omne bonum. Per has presentes litteras universis et singulis volumus esse notum quod nobilis vir Philipus de Lavena miles filius et heres quondam Roberti de Lavena militis consiliarii et familiaris nostri in nostra presentia constitutus pro tota terra quam in comitatibus nostris Provincie et Forcalquerii tam ex successione paterna quam ex quacumque alia causa sub nostro dominio juste tenet et possedit juxta usum et consuetudinem comitatum predictorum ligium nobis fecit homagium ac fidelitatis sollicite prestitit juramentum nosque homagio et fidelitate predictis receptis prout superius est expressum dictum Philipum per nostrum anulum jure nostro et cujuslibet alterius semper salvo presentialiter investimus de predictis in cujus rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigillo magestatis nostre jussimus communiri. Datum Amalfie anno Domini M CC^o LXXVIII die XI julii VI indictionis regnorum nostrorum anno secundo Scicilie vero XIII^o ».

[180] Idem super XV, XLVIII capitulo ad deffensionem ipsius produxit quandam litteram sigillatam sigillo illustris domini Karoli Jerusalem et Scicilie regis et serenissime domine B. regine Jerusalem et Scicilie a principio littere usque ad quoddam verbum quod est in dicta littera ubi dicitur « et uno prato », qua littera fuit scripta sub anno Domini M CC LXVI regni nostri anno secundo feliciter amen et incipit in secunda linea « et dictorum » et finit in ultima « datur » : « In nomine Domini amen nos Karolus, Dei gratia rex Jerusalem et Scicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Andegavensis, Provincie et Forcalquerii comes et Beatrix eadem gratia ejusdem regni regina et dictorum comitatum comitissa per presens privilegium notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos considerantes grata et fructuosa servicia que tu Roberte de Lavena juris professor fidelis noster nobis tam in Francia et Lombardia quam etiam in urbe et regno nostro Scicilie sapienter utiliter et fideliter inpendisti ac volentes te et tuos propter hoc regalis munificencie honorare presentis et gratia prosequi speciali de mera liberalitate nostra concedimus et donamus et ex causa donationis cernimus et cedimus tibi et heredibus tuis ex legitimo matrimonio de tuo corpore decendentibus in perpetuum castra Vaumilii et Tese sita in comitatu nostro Provincie in dyocesi Vapencensi cui utique castro Teze castrum Cigoyerii et flumen Durencie et castra Vaumilii, Valerne et Nible que tutores castra coherent cum omnibus territoriis tenementis et pertinentiis jurisdictione et segnoriam castrorum ipsorum Vaumilii et Tese et cum hominibus existentibus in villis et territoriis eorundem cum alberguis etiam quas habemus in eis ac serviis censualibus et uno prato ».

[180v] Item ad deffensionem ipsius super XXII titulo produxit quandam litteram sine sigillo que propter vetustatem videbatur rupta scripta manu Bertrandi Miracle ut prima facie apparebat que prima facie videbatur esse sigillata aliquo tempore sigillo cere rubeae cujus tenor talis est : « Johannes de Burlacio miles senescallus Provincie et Forcalquerii nobili viro domino Jacobo Bruno bajulo Sistarionis et discreto viro domino Simoni de Marcheriis ibidem

judici salutem et dilectionem sinceram. Nobilis vir dominus Johannes de Lavena proposuit coram nobis quod quidam viatores cum mercimoniis suis per terram dalphini et suum transsitum facientes sepe et cepius pedagium quod sibi prestare et solvere in loco de Rovebello et de Poyeto tenetur subtrahunt in ipsius prejudicium non modicum et gravamen super quibus peccit sibi de oportuno remedio providere. Quare vobis mandamus quatinus si quis eidem vel dicto dalphino debitum pedagium subtrahere permitatis quod idem dominus Johannes possit illum ad solvendum dictum pedagium compellere et inde etiam castigare si et secundum de jure hoc facere poterit et secundum consuetudinem in partibus illis obtentam. Datum Aquis die XX aprilis ».

Item et quandam aliam litteram sub eodem capitulo sigillatam sigillo cere viridis scriptam manu Bertrandi Miracle cujus littere tenor talis est : « Isnardus de Antravenis miles dominus de Agouto senescallus Provincie et Forcalquerii discretis viris bajulo et judici Sistarons salutem et amorem sinceram. Pro parte viri nobilis Philippi de Lavena militis fuit coram nobis expositum conquerendo quod nonnulli cives Sistarons ad partes [181] Vapincenses accedentes se a recto camino deviant ut possint ibi subtrahere pedagium quod apud Poyetum recipere consuevit. Unde, cum petierit sibi per nos secundum justiciam super hujusmodi providere, mandamus quatinus omnes tales viatores ut convenit compellatis ne rectum caminum dimittant in fraudem pedagii memorati et si quem desviantem se inveniretis contra ipsum ut jure fuerit procedatis et nichilominus pedagium debitum ab illo dicto domino Philippo faciatis exolvi, alioquin ei damus licentiam infra terram suam dictos tales pignorandi. Datum Aquis die XV septembris reddere litteras portitori ».

Anno quo supra die XXIII julii predictus dominus Philippus produxit super V et VI titulo ad deffensionem suam idem dominus Philippus quoddam publicum instrumentum scriptum manu Raymundi Frellandi publici notarii quod incipit in secunda linea « calme domina filia quondam nobilis viri domini Bertrandi de Medullione et cetera » et incipit in ultima « et Forcalquerii ».

Item produxit super predictis V et VI capitulis quoddam publicum instrumentum scriptum manu Michaelis de Monilis publici notarii sub anno Domini M CC LXX XIII kalendas aprilis quod incipit in secunda linea « serre fuerit quondam domini Bertrandi de Medullione » et finit in ultima « apposui ».

[181v] Item produxit super predictis V et VI capitulis quoddam publicum instrumentum factum manu Guillelmi de Castro Forti notarii publici sub anno Domini M CC LXX XIII kalendas octobris et incipit in secunda linea « cunctis » et finit in ultima « signavi ».